




# Catonis Disticha moralia

<https://hdl.handle.net/1874/456058>



# CATONIS

DISTICHA MORALIA cum scholijs Erasmi Rotodami.

- ¶ Eadem disticha græce, à Maximo Planud. è latino uersa
- ¶ Apophthegmata græciæ sapientum, interprete Erasmo.
- ¶ Eadem per Aufonium cum scholijs Erasmi.
- ¶ Mimi Publiani, cum eiusdè scholijs auctis, recogniti.
- ¶ Institutū hominis Christiani carmine per eundè Eras.
- ¶ Isocratis parænesis ad Dæmonicum, denuo cum Græcis collata per Erasmus.

Eucharius excudebat, 1 5 2 8

CLEOPATRA

DIONISIVS



# ✓ ERASMVVS ROT▷

M. Iohanni Neuiō Hondischoano Lilianorum  
apud inclytū Louaniū gymnasiarchæ. S.

**D** Isticha moralia uulgo Catonis inscripta  
titulo, Neui theologorū decus, primū di-  
ligenter a mendis repurgauimus, collata  
Planudis interpretatione, tāetsi græculus ille Ro-  
mani carminis sententiam sæpenumero nō asse-  
quitur: Addidimus & scholia per breuiā quidem  
illa, sed aliquanto commodiora, ni fallor, ijs com-  
mentarijs, quibus duo quidam opusculū hoc cō-  
taminauerant, quorum alter insulsissime rheto-  
ricaf, homo ipsa infantior infantia, alter inepris-  
sime philosophatur, uterq; οὐδὲν πρὸς ἔπ' lo-  
quitur. Porro cuius autoris sit hoc opus, & utrū  
unius an pluriū, non admodū referre puto. Caro-  
nis ob id tantum arbitror dici, q̄ sententias ha-  
beat Catone dignas. Adiecimus his Mimos Pu-  
blianos falso inscriptos Senecæ prouerbia. Atq;̄  
his quoq; castigatis (offensimus em̄ deprauatis-  
simos) adscripsimus breuissima scholia, reiectis  
ijs, quæ perperam erant admixta ex aliorum li-  
bris, tū appositis aliquot ex Auli Gellij noctib.  
& Senecæ cōtrouersijs. Sed interim clamabit ui-  
tilitigator aliquis, hui theologū in tā friuolis uer-  
fari nugis: Primum ego nihil fastidiēdum duco,  
q̄tumuis humile, q̄d ad bonas pertinet literas, ne-  
dum hosce uersus tanta Romani sermonis muni-  
ditie, tamq;̄ ad bonos mores conducibiles. Q̄c̄  
cur me pudeat in hoc ḡne pauculas horas collo-  
care, in quo non pauci scriptores Græci non me-

diocri cum laude sunt uersati: Nam extant et ho-  
die Theognidis sententiæ, Phocillidis, & Pytha-  
goræ præcepta, non abs re aurea dicta. Deniq; si  
mihî indecoræ esse uolunt, emēdasse hæc tam hu-  
milia & explanaſſe, multo fœdius erit eadem &  
deprauata fuiſſe, & (quod ex ipſorū liquet cōmen-  
tarijs) iſta tam puerilia nō intellecta fuiſſe ab ijs  
uiris, qui ſe nihil neſcire putant. Nam Publij Mi-  
mos quis contemnat, quos Au. Gellius lepidiſſi-  
mos, Seneca diſertiſſimos uocat, cuiuſq; ſententi-  
as (ut idem teſtat) nō piguit ſummos etiam rhe-  
tores æmuari. Addidimus & ſeptem ſapientum  
celebria dicta, et hominis Chriſtiani inſtitutum,  
quod nos carmine dilucido magis, q̄ elaborato  
ſumus interpretati, conſcriptum antea ſermone  
Britannico a Iohanne Coletto, quo uiro non aliū  
habet mea quidem ſententia, florētiſſimum An-  
glorum imperium, uel magis pium, uel qui Chri-  
ſtum uerius ſapiat. Hoc quicquid eſt laboris, tibi  
nuncupandum duximus mi Neui ornatiffime, ſi-  
mul ut habeas quod tuis prælegi cures alumnis,  
quos nulla neq; literarū, neq; morum barbarie ſi-  
nis infici, ſimul ut hoc qualecunq; monumentū,  
non ſinat noſtram neceſſitudinē intermori. Non  
me clam eſt, q̄ ſit hoc plus, q̄ leuidentæ munuſcu-  
lum imparmagnitudini tuæ, qui cum eruditione  
rara, tum moribus nō minus integris q̄ feſtiuis,  
& ornas ornatiffimum theologorum ordinem,  
et illuſtriſſimam Louaniensium ſcholā illuſtras.  
Verum confidebam fore ut optimo uiro libellū  
quantumuis puſillum ipſa commendaret utili-  
tas. Bene uale Louaniꝝ An. M. D. XIII,  
calend. Auguſti,

**LIBELLVS ELE-  
GANTISSIMVS QVI INSCRIBI  
tur Cato, de præceptis uitæ communis, Erasmo  
Roterodamo castigatore & interprete.**



Vm animaduertentem quã plurimos hoïes graui-ter er rare in uia morũ, succurrendum & consulendum eorũ opinionioni fore existimaui, maxie ut gloriose uiueret, & honorem contingeret. Nunc te fili charissime docebo quo pacto mores animi tui componas. Igitur præcepta mea ita legas, ut intelligas. Legere enim & nõ intelligere, negligere est.

ΚΑΤΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥ ΓΝΩΜΑΙ,  
πρῶται καὶ δίστοχοι, ἃς μετένεγκεν ἐκ τῶν  
λατίνων φωνῆς εἰς τὴν ἑλλάδα, διὰ  
λεκτορὸν μάξιμου ὁ πλαυδῆς.



ΝΑΡΟΛΗΣΑΣ ΕΓΩ ΚΑ-  
τὰ νῶν ὡς πλεῖστοι δὴ τῶν ἀνθρώ-  
πων τῶν ἡδῶν ὁδὸν πρῶτα ἔρεποντες,  
συλληπτόμενοι τε εἶναι, καὶ γνώμην  
συνηκτόμενοι ἐπίδημι δῆμι ταῖς σφῶν ὑπελήψεσιν,  
ἵν' ὅτι μάλιστα σὺν εὐδοξίᾳ τε βιώσωμεν. καὶ τα

CATONIS

μῆς ἐπιτύχοιεν. Δεῦρο τοίνυν σε φίλτατε ἢ δὲ  
 δάξω, τῆσδε τινὰ τὰ τ' σου νόος ἦδη κοσμήσθε.  
 Οὕτω δ' οὐκ ἀναλέγεις τάσδε τὰς ἐμας ἐπι-  
 τολάς, ὥσε καὶ συνιέναι αὐτῶν. τὸ γάρτοι ἀναγε-  
 νόσκεν καὶ μὴ γινώσκεν, καταγινώσκεις ὄβριον.

**Itaque deo supplica. Parentes ama.**

καὶ δ' ἄτα θεῶν λάτρε. γονέας ἀγάπα.

**Prima pietas est in deū Proxima in parentes.**

**Cognatos cole.** τοὺς προσήκοντας τίμα.

**Tertia in reliquos cognatos. Supplicam' deo sa-**  
**crificijs. Amamus parentes, dum obseruamus &**  
**obsequimur. Colimus cognatos officijs & cōsue-**  
**tudine uitæ.**

**Magistrum metue.** τὸν καθηγητὴν δέσσειδε.

Olim dabatur ingenuis pueris pædagogus quem uerentur. Hunc magistrum uocat. Et animaduerte uerborum proprietatē: Deo supplicandum est, Parentes amandi, Cognati colendi, Magister metuendus, quippe seruus plerumque iuxta ueterum consuetudinem.

**Datum serua.** τὸ πισθὲν δέμ σοι τίθει.

**Quæ tuæ creditū est fidei, id serua ueluti depositū.**

**Foro te para.**

Σαυτὸν ὡς βαλδυτηρίῳ δεξιῶν πάρεχε.

Id est, his artibus te exerceas, ut possis in foro uersari, hoc est in causis agendis. Nam hic erat olim primus gradus ad honores summos. Legi in quibusdam uetustissimis codicibus; (Foro pare)

LIBER PRIMVS

id est, accōmoda te rebus præsentiſibus, que ma-  
modum dicimus, uti foro, cum hoc interpretamē  
to consentit Græcus Planudes, neq; dubium est,  
quin hæc sit germana lectio.

**Cum bonis ambula.** ἀγαθοῖς ὁμίλει.

Cum optimis habetō consuetudinem. Nam pri-  
mum talem te iudicabunt, cum qualibus conspe-  
xerint te cōsuetudinem agere; deinde bonorum  
conuictu redderis melior.

**Ad consiliū ne accesseris anteq̄ uoceris.**

Μὴ πρότερον εἰς βεβλήμην πρὸς ἄλλοις πρὶν ἂν κληθεῖς.  
Ne ingeras te ipsum alienis negotijs, sed accersi-  
tus accedas.

**Mundus esto.** καθαρίσθη ἴασι.

Id est, neque sordidus, neque luxuriosus, sed ele-  
gantī munditiæ.

**Saluta libenter.** ἀσμένως ἀσπάζου.

Conciliat enim ea comitas & affabilitas multo-  
rum beneuolentiam, & alit partam.

**Maiori cede.** τῷ μείζονι ὑπεξίστασο.

Id est, noli certare cum potentioribus.

**Minori parce.**

Id est, noli sæuire in eos qui sunt inferiores, sed il-  
lis concede nonnihil.

**Rem tuam custodi.** τὰ ὑπάρχοντα φρουρεῖς

Ne profundas temere facultates tuas, ne uel tur-  
piter egeas, uel turpius rem pares.

**Verecūdiam serua.** τὴν αἰδῶ φύλαττε.

Id est, serua te incontaminatum ac pure ab inquit



CATONIS

namentis libidinum, Castum em̄ uerecundū dī.  
Est autem ætatis flos his periculis obnoxius

**Diligentiā adhibe.** τῆ ἀκριθείᾳ προσέχε.  
Cura in omni re plurimū ualet. Negligentiā sem̄  
per comitem habet infelicitatem.

**Libros lege.** τὰς βίβλους διέχου.  
Nam ex his cito discitur, quod lōgo uitæ usu uix  
assequi queas.

**Quos legeris memento.**

τῶν ἀνεγνωσμένων μέμνησο.

Nam quidam onerant se lectiōe, alia super alia  
ingerentes, neq; quicquā insculpunt memoriā.

**Familiā cura.** τῆς οἰκίας ἐπιμελῶ.  
Domestica negotia tibi curanda sunt, nō aliena.  
**Blandus esto.** ἤπιος ἔσο.

Id est, comis in congressu.

**Irasci ab re noli.** μὴ δεγίζου ἀναϊτήως.

Ne sis morosus. Nam omnino non commoueri,  
stipitis est potius q̄ hominis.

**Neminem irriseris.**

Est em̄ argumentum arrogantis stultitiæ. Vel  
**Miserum ne irriseris.**

Δυσπραγῶντα μὴ χλευάζεις.

Sic enim quidam codices habent. hoc est, Animi  
uitia rideri merentur, calamitas misericordiam  
meretur potius q̄ nasum.

**Mutuo dato. Cui des uideto.**

Δάνειον πάρεχε. Σκόπει δ' οὐμ τίνι παρέχεις.

## LIBER PRIMVS

Est quidem aliquñ danda pecunia mutuo, sed non quibuslibet, sed reddituris bona fide, sed dignis officio, deniq; ijs quibus nõ graueris et dono dare.

**Iudicio adesto.** Εἰς δίκην προκληθεὶς πάριθι.  
 Adsunt aduocati, & id olim erat officium præcipuum in amicos, adesse in iudicijs.

**Conuiuare raro.** Σπανιάκις συμποσίαζε.  
 Sæpius uocare ad conuiuium, exhaurit substantiam, sæpius ire ad conuiuium sordidum est. At rarius id facere humanitatis est.

**Quod satis est dormi.** τὸ ἀποχρῶν κάθιδε.  
 Hoc est, non ad uoluptatē, sed necessitatē naturæ  
**Iusiurandum serua.** Ὁρκον τήσε.

Non est temere iurandum, quod autem iuraris, præstandum est, nisi scelus sit quod iuraris.

**Vino te tempera.** οἴνω σεαυτὸν κεράννε.  
 Esto moderatus in uino, uel abstine a uino. Nã adolescenti dare uinum, est oleum igni addere.

**Pugna pro patria.** μάχου Πρὸ πατρίδος.  
 Pugnandū est, nõ pro quauis re, sed pro defensione patriæ. Nã Caræ more, mercede pugnare turpissimum est, & plus q̄ gladiatorium.

**Nil temere credideris.**

μηδὲμ προπετέεερον πισθνε.

Id ē, ne facilis sis ad credēda quæuis, quæ dicunt:

**Tu te consule.**

A teip̄o pete consiliū, q̄ te tuarq; optie nosti. Aut,

**Tutò consule,** ἀσφαλῶσ βαυλεόν,

## CATONIS

**Id est, caue a consilijs periculosis, tuta consilia se-  
quere, Nam duplex est lectio.**

**Meretricem fuge. Literas disce.**

Ἐταίρας φεύγε. Γράμματα μελετᾶν θέλει.  
Aetas enim prima studio literarum optime coe-  
retur a scortis.

**Nil mentiri debes. μὴ ψεύδεσθαι βέλου.**  
Turpe in puero ingenuo omne mendacium.

**Bonis bñfacito. τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθῶν ποίη.**  
Beneficia non sunt conferenda nisi in bonos, ali-  
o qui pereunt.

**Maledicus ne esto. κακολογίας ἀφίσσσο.**  
Id est, a cōuitijs tēpera, neq; carpas uitā alicuius.

**Existimationē retine. τὴν ὑπόνοιαν ἔπεχε.**  
Bonam famam tuere, ne perdas, perit enim faci-  
le, at non facile sarcitur.

**Aequum iudica. τὰ δίκαια κρῖνε.**  
Id est, non ad lucrum aut ad gratiam, sed ad regu-  
lam æquitatis.

**Parentes patientiā uince.**

τοὺς πεκόντας ὑπομονῆ νικά.

**Ferendi sunt parētes, etiam iniquiores.**

**Beneficij accepti memor esto.**

ἐνποιίας ἢς ἔτυχες μνημονεύειν.

**Nam dati pulchrum est obliuisci. Accepti memi-  
nisse decet.**

**Ad prætorium stato.**

τῶν πραγμάτων ἐμειλοχώρε.

LIBER PRIMVS

Multa enim discuntur in agendis causis.

Consultus esto. *Σύμβουλον ἴσθι.*

Id est, calleas scientiam & morem iuris, ut possis amicis opitulari.

Vtere uirtute. *ἄρετήν χρῶ.*

Non uiribus neq; dolo.

Iracundiam tempera.

*τὴν ὀργιλότητα κίενα.*

Ante monuit non esse irascendum sine causa. Nūc admonet iustam etiam iram moderandam esse.

Trocho lude. *Aleas fuge.*

*Σφαίρασιν ἄδρεε. κύβων ἀπέχου.*

Trochus conuenit pueris. Alea infamis erat & apud gentiles, nunc principum Christianorum lusus est, imo quorundam etiam sacerdotum delicia.

Nihil ex arbitrio uirium feceris.

*μηδὲν τῆς φιλοχρήστου κρίσει διαπράξῃ.*

Tyrannicum enim est, respicere quantum possis, non quantum liceat.

Minorem te non contempseris.

*τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσης.*

Ne fastidias inferiore te, quod est elati, non cordati.

Aliena concupiscere noli. Coniugem ama.

*ὀλλοχίω μὴ ἐπιδύμει. πῶς σύνοικον εἶργε.*

Esto contentus tuis. Ut omnium fortunarum sociam.

Liberos erudi. *τὰ εὐλτα παίδθε.*

Filios castiga & institue.

CATONIS

**Patere legem quam ipse tuleris.**

Φέρε νόμον ὃν αὐτός ἄλλοις ἐπέδηκας.

Quam conditionem præscribis alijs, eadem utere ipse in alios.

**Pauca in conuiuio loquere.**

Βραχέα ἐν συμποσίῳ λάλει.

Vt sit alijs etiam loquendi locus.

**Illud stude quod iustum est.** ὃ δίκαιον ποιεῖ.

Quod turpe factu est, id ne affectes.

**Amorem libenter ferto.**

ἄποασίως φιλίαν φέρε.

Odium omnibus modis fugiendum est. Amor amplectendus, etiam si quis parum dignus est, qui redametur, tamen amari te patere.

FINIS.

DISTICHA DICTA CATONIS.

**S**I deus est animus nobis ut carmina dicunt,  
**H**ic tibi præcipue sit pura mente colendum.

**E**BIBLION ΠΡΩΤΟΝ.

ὁ θεὸς νόος ἐστ' ὡς ἔ' λογίῳ πυθόμεθα  
 καὶ καθαρῶ νοὶ τόνδε σέβου πρῶτως ἅπαντων.

Vulgus existimabat deum placari uictimis pecudum, rebusque corporeis. uerum cum deus ipse sit animus, hoc est mens, non corpus, & consentaneum est simile gaudere simili, nimirum potissimum colendus est puritate mentis. Quin & hodie uulgus Christianorum corporeis quibusdam ceremonijs colit deum, cum gratissimus cultus sit animi pietas. Tales

## LIBER PRIMVS

em adoratores quærit pater, qui in spū adorent,  
 cū ipse sit spūs. Nulla gratior pietas diuis, q̄ si ui-  
 tam illorū imiteris, hoc est, tolerantia, mansuetu-  
 dinē, castimoniam. At qui hæc animi sunt. Ani-  
 mus est deus. Fac quantum potes a corpore te ab-  
 ducas, & ad illū quantū potes accedas, & gratissi-  
 mū immolaris sacrificium. Pura mente) Nam  
 uulgus lotis manib, ac pedib, ad sacrū accedebat  
 Tu mentem purga: huius sordes deū offendunt,  
 qui uidet ea quæ sunt in animo, non in corpore.  
 Si deus) Si, hic nō dubitantis est, sed rōcinatiōis.  
 Vt carmina.) Nā Virgi, in sexto deū spm̄ & mē  
 tem uocat. Præcipue) Vt intelligas non damna-  
 ri cultum corporalem, sed hūc tñ, nempe animi,  
 esse deo gratissimum.

**Plus uigila sp̄, nec somno deditus esto,**  
**Nā diuturna q̄s uitij̄s alimēta mīstrat**

ἀγρύπνει δ' πλέον, μὴ δ' ὑπνοισι ἐκδοτοῖ ἕωσο,  
 μακρόν ἔτ' ἀνάπαυμα βροφῆν παθέεωσι χορηγεῖ  
 Sensus est: Cū uita uigilia sit iuxta Plinium, ca-  
 uendum est, ne maximā uitæ partem somno per-  
 damus, præsertim cum e somnolētia uitia multa  
 nascantur, & corporis, & animi.

**Virtutē primā eē pūta cōpescere līgūā**  
**Proximus ille deo, qui fit rōne tacere.**

πρωτίστη ἀρετῆ ὀμιλεῖ, δ' γλώσσῃ ἐπίχρη.  
 ἐγυῖθι δ' ὄντα θεῶ, τ' σὺν λόγῳ εἰδ' ὄτα σισῶν.  
 Prima. i. summa maximaq; uirtus est moderari  
 līgūā, ne qd temere loquaris, Deus em̄ qui sapi

## CA TONIS

antissimus ē, raro loquit, & nō nisi necessaria, cū  
 nihil nō uideat, nihil nō intelligat. Itaq; proxim⁹  
 est deo, q̄ sapienter & animi iudicio nouit tacere,  
**Sperne repugnādo tibi tu cōtrarius eē.**  
**Conueniet nulli, qui secū diffidet ipse.**

Μὴ ἀνὸ μάχου σαυτῶ, μὴ σαυτῶ ἐναντίος εἶκε.

Ος ὕρ' εἰαυτῶ, μὴ συμφωνῆ, πῶς ἐτέροισιν;

Qui secum ipse pugnat, nec sibi constat, huic cū  
 alijs conuenire non potest. Hoc est, qui moribus  
 est inæqualibus, nec ullo certæ uitæ instituto, is  
 non est aptus ad aliorum consuetudinem.

**Si uitā inspicias, hoīm si deniq; mores,**  
**Cū culpēt alios, nemo sine crimīe uiuīt**

Ἡ μερόπων ἐπίδησ βίον, ἢ δὲ κῆ ἦθεα τῶνδε,

οὐδ' ἐν' ἀναίτιον εἶση, κὰρ μέμφοντο πῶς ἄλλους.

Mortales aliorum notant uitia, sua nemo uidet,  
 cum nullus uitij careat, si quis propius uitam ac  
 mores excutiat.

**Quæ nocitura tenes, quæ sint chara, reli**  
**Utilitas opibus p̄poni tpe debet.** (que

εἰ βλαβερόν κατέχευε, κῆ εἰ φίλον, ἐπλετο ῥίψου

δ' εἰ ἐπροκοίνῃ τὸς γε συμφέρον' εἶδ' ὅτε πλὸς τ' ε

Aliquoties expedit in loco res charissimas abijce  
 re, si piculum afferāt, ueluti gemmas & aurum,  
 quo uita sit in tuto, aut uoluptates, quo ualerudi  
 ni consulamus. Non enim uoluptates spectari de  
 bent, sed utilitas.

**Constans & lenis, ut res exposulat, esto**

LIBER PRIMVS

**Tri**bus mores sapiēs sine crimīe mutat.  
 Pro tpe licet alios atq; alios mores sumere, ut mo-  
 do grauis sis, mō lenis, hoc est placidus ac remis-  
 sus, pro re, proq; loco. Vide nū legēdum sit leuis  
 pro lenis, quod magis respondet ad cōstans, ut sit  
 sensus, Aliquādo persistendum in sentētia, aliquā-  
 mutandum consiliū pro tpe. Porro uersus cōsta-  
 bit si legas: Constans & leuis, ut res cunq; expo-  
 stulat, esto. Neq; dubitem affirmare hanc germa-  
 nā esse lectionem, tamen si Planudes priorē sequi-  
 tur sententiā, qui ppe qui uerterit in hunc modū:  
 ἐμβριδὴς ἔσο καὶ πραύς, ὡς εἰ τὰ πράγματα ἀ-  
 παιτῆ.

**Idē**, Seuerus esto ac placidus, prout res postulat.  
 πρὸς ἧ τὸν καιρὸν ὁ σοφὸς μεταβαλλεῖ  
 ἀμέμπτως.

**Nil** temere uxori de seruis crede querētī  
 Sæpe etenim mulier, quem coniunx di-  
 ligit, odit.

μεμφομένης ἀλόχου δ' ἄλλως προπετῶς μὴ ἀκῶ  
 πολλακί ἔδ' ἰόσις φιλέει, συγείη πᾶκοιῆς. (Crisp.)  
 Illud uxoribus ferme peculiare est, ut maritos in-  
 stigēt in seruos. Vnde monet ne temere fidem ha-  
 beant huiusmodi querelis.

**Cūq;** mones aliquē, nec se uelit ipse mo-  
 neri,

**Si** tibi sit charus, noli desistere cœptis.



## CATONIS

εἰ σὺ πρῶανῆς μὲν ἔνι, κῆνος δ' οὐκ ἔπαυδι,  
 καὶ μη' ἄμ' εἰς τὰ μάλις αὐλῆς, μὴ ἀθίσασο  
 τοῦργου.

Nō satis est leuiter admonere peccantē amicū, ur  
 gēdus est, insistendū, ut uel improbitate uincas, si  
 quid erit qđ ad famā illius aut salutē pertineat.

**Cōtra uerbosofos nolī cōtendere uerbis,  
 Sermo dat cūctis anīmi sapiētia paucis.**

μὴ ἀνθίσασο, μήδ' ἐρίδ' ἀνε λάλῃς ἀδολέχαις  
 ὅπῃ λόγος δέδοσθ' ἅσι, ξύνεσις δ' ὀλιγίσις.

Si cum cordatis agas, nō est opus multis uerbis.  
 Si cum stulto, frustra contendis, propterea quod  
 stultitia uerbosissima sit.

**Dilige sic alios ut sis tibi charus amicus  
 Sic bonus esto bonis, ne te mala damna  
 sequantur.**

Ὡς ἐτέρως φίλῃ, ὥς κῆ σαυτῷ φίλτατος εἶναι,  
 Ὡς καλοῖς καλὸς ἴσθ', ὥς μὴ βλαβερόν τί σοι  
 ἦξεν.

Sic amicis utere, ut ipse tibi sis proximus. Sic alijs  
 benefac, ne tibi ipsi noceas. In priore uersu est ue  
 nusta redditio similitium, in dilige & amicus, In se  
 cundo contrariorum, bonis & mala.

**Rumores fuge, ne incipias nouus au  
 tor haberi,**

**Nā nulli tacuisse nocet, nocet eē locutū**

ἄλλοτε φεύγε, νέος μὴ μυθοπλάσκει δ' ὄξει.  
 οὐδένα μὲ σιγῇ, τὸ δ' ἑνάντιον ἤκαχε πολλοῦς.  
 Ne quid in uulgus sparseris, propterea quod rumor  
 sæpenumero in eius caput recidit, a quo pfectus  
 est. Si rumor nihil habet periculi, tamē nihil no-  
 cet siluisse; Si quid habet, nocet locutum esse.

**Rē tibi promissā certo pmittere noli,**  
**Rara fides, ideo, quia multi multa loquuntur**  
 εὐτ' τί σοι τίς, μὴ σὺ τὸ δ' αὖ' ἐτέρω καθυπόχει  
 ἢ πίσεισιν ἁπάντα ἅ, πλείωσιν πλείω λεγόντων.  
 Noli certo promittere cuiquā, alieni promissi fidu-  
 tia. Quod in te situm est, id præstare potes. Alienā fi-  
 dem præstare non potes. Et uulgus hoīm ad pollicē-  
 dum facillimum, in præstando sæpe fallit.

**Cū te quis laudat, iudex tuus eē memēto,**  
**Plus alijs de te, quā tu tibi credere noli.**

ἔν τε τις ἀνείη σε, δικαστὴς ἴσθι σαυτῶ.  
 μὴ δ' ἐτέροις πείθου πλέον ἢ σαυτῶ πρὸ σαυτῶ.  
 Ne te ipsum existimaris aliorum laudatione, sed  
 tua ipsius conscientia. Te ipsum interroga qualis  
 sis, & si animus tibi respōderit te longe alium es-  
 se quā hic aut ille te facit, magis credere debes tibi-  
 ipsi, cui notior es quā alijs.

**Officiū alterius multis narrare memēto**  
**Atque alijs cū tu benefeceris, ipse fileto.**

εὐποίημι ἐτέροιο, διεξέρχου πολέεσιν.  
 εὐ δὲ σὺ ποιήσῃς ἔπερον, σιγῇ τὸ δ' εὖ κεύθε.

CATONIS

Beneficij accepti meminisse oportet, obliuisci da-  
 ti. Qui dat beneficium, eius est dissimulare se de-  
 disse, ne commemorando uideatur opprobriare.  
 Eius qui accepit est passim prædicare, ne uidea-  
 tur ingratus & immemor.

Multorū cū facta senex & dicta recenset  
 Fac tibi succurrāt iuuenis q̄ feceris ipse.

Ἔργα λόγους τε δ' ἰκνήσῃ πολλῶν περὶ γῆρας,  
 τριάδε γάρ νεός ὦν ἔρδ', ὄφρα λέγῃ τὰ σὰ τῆμος  
 Senes qui multa uiderunt & audierunt, multorū  
 dicta factaq; solent referre. Sed curandum est, ut  
 ita nos geramus in iuuentute, ut in senectute suc-  
 currat nobis nō solum quid alijs recte dixerint ac  
 fecerint, uerum etiam quid nos ipsi.

Ne cures si quis tacito sermone loquar,  
 Conscijs ipse sibi de se putat omnia dici.

Μὴ μελέτω σοι εἴτινι τὴς κρύφα κοινολογεῖ,  
 Πᾶς ἔ' ὑπαίτιος ὦν, αὐτ' περὶ πάνθ' ὑφραῖτη.

Cum uideris quosdam inter se secreto colloqui,  
 ne statim suspiceris eos male de te loqui. Nam id  
 signum est hominis male sibi conscijs.

Cū fueris felix quæ sunt aduersa caueto  
 Nō eodē cursu respondēt ultia primis.

Ἐν πράτῃσιν σὺ γε, κῆ τ' ἀναντία πάντα φυλάσῃς  
 οὐδ' ἔ' ἀεὶ τά γε λοιάθια τοῖς πρώτεροισι σιωᾷθῃ.

In rebus secundis ne quid accidat aduersi cauend-  
 um est. Solet enim fortuna sæpius uerti in diuer-  
 sum, & lætis initijs addere tristem exitum, Ergo

LIBER . I.

sum res secundæ sunt maxime, tum maxime me-  
dicandum est, quo pacto aduersam fortunam fe-  
ras. Ne si inexpectata uenerit, & improuisum te  
oppresserit cala mitas, succumbas.

Cū dubia et fragilis sit nobis uita tributa  
In morte alteri<sup>9</sup> spē tu tibi ponere noli.

ἀμφισόλως τε ἐὶ ἀδρανέος βίου ἄμμι δ'οθέντος  
εἰρ' ἐτέρου θανάτῳ μὴ ἐλπίδα σὴν ἦτε δείξῃς.

Legendum est hoc hæredipetis, et qui testamētis  
inhiāt. Fit em̄ sæpenumero, ut qui mortē alteri<sup>9</sup>  
expectabat, prior ipse moriat, etiam si iunior aut  
robustior fuerit. Nam ip̄a hoīs uita fragilis & in-  
certa res est, & quouis casu abrumpitur.

Exiguū munus cū dat tibi paup̄ amic<sup>9</sup>,  
Accipito placide, plene & laudare me-  
mento.

ἢ σοι δῶρα πένης φίλος εὐτελῆ ἔγνουαλίξοι,  
δέχυσότ' ἀσπασίως, κακείνω δ' ἢ χάριμ' ἴχαμ.  
Munera sunt æstimāda nō suo pretio, sed aīo do-  
nantis. Ita legim<sup>9</sup> summos p̄icipes aquā manu  
caua haustā, & malū oblatū summa cū alacrita-  
te, perinde ut maximū munus accepisse. Accipi-  
to placide.) alacri uultu, ut oñdas tibi gratū esse.  
Et plene). i. nō maligne, sed candidè, ut præ te fe-  
ras, pro exiguo munere te multum debere.

Infantem nudū cum te fortuna crearit,  
Paupertatis onus patiēter ferre memēto.

ἐμνόν' ἐπὶ σὲ φύσις βρέφος ἔπλασεν ὄταμ,

CATONIS

Μὴ ὥστε ὁ μοι πένιες κρατερώτατα φόβου ἀείρω.

Cū natura nudos pduxerit, satis intelligere pos-  
sumus, diuitias alienas esse, nec sēdm hoīs natu-  
rā. Si membrū perdis, est fortasse qd doleas, aliqd  
tui decessit. Sin opes auferunt, aut nō contingūt,  
noli ualde cruciari. Siquidē in his quæ uere sunt  
hoīs, nihilo plus habēt reges, q̄ tu paup. Vis scire  
qd uere tuū sit, cogita qd habueris cū nascereris.

**Ne timeas illā, quæ uitæ est ultima finis**

**Qui mortē metuit, qd̄ uiuūt pdit idipm**

Μὴ φομέω θανάτῳ, βιοτῆς πέρας ὕστατον ὄντα,  
ὅς γ' τόνδε δέδ' οἰοικε, κ' ὁ γ' ἦ πᾶν ἀποβάλλη.

Qui mortem timet, non solum nō effugit mortē,  
sed insuper hoc ipsum uitæ quod datur perdit. nā  
anxie uiuere non est uiuere.

**Si tibi pro meritis nemo rñdet amicus,**

**Incusare deum noli, sed teipse coerce.**

ἔι σοι μηδεὶς, εὖ ἂ παδῶν πρὸς σὺ, χάρις ἴχα,  
μὴ σύ γε μέμφεό μοι θεῶν, ἀλλὰ εἶ ἄσχε σεαυτῶ.

Nihil est acerbius q̄ amicus ingratus. Qd̄ tñ si ac-  
ciderit, non est imputandū deo, tanq̄ illius accide-  
rit culpa. Quin potius teipm coerce, ne denuo bñ  
facias ingratis. Quidam em̄ si bñfacientibus for-  
tuna non respondeat, superos incusant, dicentes  
eos non habere rationē recte factor, cū eius acci-  
derit culpa, qui sine delectu contulit beneficium.

**Ne tibi quid desit, quæsitis utere parce,**

**Utq̄ qd̄ est serues, sp̄ tibi deesse putato.**

ὄφρα μὴ σπανίσῃς, σέο χεῖμασι φηδομένωσιν  
 ὄφρα τὰ ὄντα ἢ τηρῇς, αἰὲν σπανίσῃς τὰ νόμιζε.  
 Utere parce) modice, non profuse, (quælitis.) id  
 est, partis. Et ut serues quod habes, semper ima-  
 ginare tibi deesse, ut semper aliquid addas. Sera  
 aūt (ut inquit Hesiod⁹) in fundo parsimonia est.

**Qd̄ p̄stare potes, ne bis promiseris ulli,  
 Ne sis uentosus, dū uis urbanus haberi.**

πᾶρ ὃ δύνῃ τινὶ δῶναι, μήποτε δὲς καθυπόχη,  
 μή τι καλὸς δοκέειν ἐδέλωρ, ἀνεμόλιθ' εἶης.  
 Quod nō possis efficere, ne semel quidem est pro-  
 mittēdum, ne temere facias. Porro quod præsta-  
 re possis, id iterum atq; iterum promittere iactā-  
 tiæ est, nō humanitatis. Molesta est uerbosa pro-  
 missio, molestior exprobratio.

**Qui simulat uerbis nec corde est fidus  
 amicus,**

**Tu quoq; fac simile, sic ars deludif arte.**

ἢ σαίνοντα λόγοις, μὴ δ' ὄντα φιλῶν κερδίνθεμ  
 καὶ σύ δ' εἰδᾶσθαι ὁμοία, τέχνη ἔ' τέχνην παύζει.  
 Erga eū qui fucō utif, tu itē contra utere fucō, &  
 iuxta prouerbiū, Cretiza cōtra Cretēsem. Satius  
 est retinere simulatū amicū, q̄ reddere apertū inf-  
 micum. Id eīm fiet, si ostenderis te sentire fucum.

**Noli hoies blados nimitū sermōe pbare  
 Fistula dulce canit, uolucrum dum deci-  
 pit auceps,**

CATONIS

Μὴ σφόδρα μαλακοῖσι βροτοῦς ἐπέεσι μέτρησθ' ὅτι κ' ἰξούτης ὄρνιθ' ἀπαρ' γλυκὺ μέλι φη. (Χρῆσθαι)  
 Semper suspecta sit tibi blandiloquētia. Nec æstimes hoīes ex bonis dictis, sed ex bñfactis. Insidiat tibi quisquis admodum blandus est. Memen-  
 to sic capi & illici aues, uidelicet imitatiōe uocis. Et assentatione maxima pars hoīm capitur, dū  
 adulator sese ad omnes affectus attemperat.

**Si tibi sint nati, nec opes, tūc artib' illos  
 Instrue, quo possint inopem defendere  
 uitam.**

εἰ σοι τέκνα πενητεύοντα πέλη, τάδε τέχναισιν  
 γυμνάζου, βίον ὄφρα πένητα χοῖερ' ἀπώσῃ.  
 Artē, ut habet prouerbiū, nō solū quæuis terra,  
 sed quæuis etiā alit fortuna. Vñ certissimū uia-  
 tū est ars, quæ quocūq; terrarū uenias, defendit  
 ab egestate. At nunc uulgus liberos suos diuitiū  
 aut principum ministerijs dedicat, ubi duo simul  
 maxia discant mala, luxū et otii. Porro qd hic p̄-  
 cipit pauperib. esse faciendū, id ego suaserim diui-  
 tibus q̄q; ut liberos suos iubeāt artē aliquā discere,  
 unde geminū commodū consequant̄. Primū,  
 prima illa ætas artificio occupata, lōge paucioris  
 b' inficiet uitijs: deīde si fortuna abstulerit opes,  
 nō erit cur uel mendicēt, u' ad sordidas aut foedas  
 artes adigant̄, puta turpe ministeriū, aut militiā.  
**Quod uile est charum, quod charum  
 est, uile putato.** (Cris ulli.)

**Sic tibi nec parcus, nec auarus habebet**

εἰ τόγε τίμιον εὐπέλεις, ὡς δὲ καὶ εὐπαλίμους,  
οὐτ' οὐρ φησὶ ἄλλος δόξης, οὐτ' αὖ πλεονέκτης.

Quæ uulgus magnificat tu contēne: qđ uulgus ne-  
gligit, tu magnificato. ita fiet, ut nec tibi sis par-  
cus. Audebis em̄ uti q̄ nō magnificis. Nec; cuiq̄  
uidearis auarus, cū nō expetes auide, nec; serua-  
bis attere, q̄ cupiunt illi. Vulgus plurimi facit di-  
uitias, minimi facit probitatē & eruditionē. Tu  
inuertere æstimationē. Res autē cuique tales sunt,  
qualis est de his opinio. Vulgus lautā rē putat pa-  
uonē aut rhombū, tu contra uilē rem putato, &  
puta rem esse lautissimam, ouum gallinæ recēs,  
lactucam, pullum gallinaceum. Ita nec tibi uide-  
beris sordidus, cum habeas lauta tuo iudicio, nec  
aliorum expetes lautitias, quæ tibi uiles sunt.

Quæ culpate soles, ea tu ne feceris ipse,  
Turpe est doctori, cum culpa redarguit  
ipsum.

πᾶν ὃ σὺ μέμφεαι ἔθος ἴχθους, μήποτε ῥέξῃς,  
παυδοξίβητοι γὰρ αἰχμὸς ἐλέγχεαι πρᾶϊόντας.  
Turpe est cōmittere te, qđ doces alios non esse cō-  
mittendū. uita turpis abrogat autoritatē docētī.

Quod iustum est petito, uel quod uide-  
atur honestum.

Nam stultum petere est quod possit iu-  
re negari.

οὕτως αἰεὶ δ' δίκαιον ὀν, ἢ δ' δοκῶν καλὸν εἶναι  
ὡς ἀμαθὲς αὐτῶν γὰρ, ὃ ἄν δίκαιον ἀπεκίπη.



## CATONIS

Quod inhonestum est, a nemine petendū est. Nul-  
lus em̄ debet cuiq̄ in re turpi morem gerere. Aut  
sic (Quod iniustum est) id est, quod non debetur,  
iure negari potest. Ergo nō a quouis petas, sed ab  
eo, cuius officium est præstare quod petis, neque  
quiduis, sed quod cū honestate coniunctū est. Nā  
id petitur aliquando, & ab his qui non debent.

**Ignotum tibi nolito præponere notis.**

**Cognita iudicio cōstāt, incognita casu.**

μή ποτ' ἀγῶντα προῦμότερον γνωσοῖο λογίωσθαι  
τ' ἢ γνωσὸν ἔγνωσ κείνα, τὰ δ' ἀγνωστα τυχερά

Ne facile cōmutes nota cum ignotis, puta amicū  
uel rem, uel uitæ genus. Notis em̄ cōmodius ute-  
ris, de quibus iudicare potes. q̄ si bona sunt, rectius  
uteris: sin mala, facilius tolerabis, q̄n quidē iuxta  
Plaut. Nota mala mala nō sunt. Ignora ὅο cuius  
mōi futura sint, incertū est. Fit autē sæpenūtero, ut  
q̄ in expetēdo putaris priā, in experiēdo repudies.

**Cū dubia incertis uerset uita periculis,**

**Pro lucro tibi pone diē quicūq; laboras**

Planudes Græcus legit incertis, ut sint duæ dicti-  
ones. Sic enim uertit:

τω βίος ἀμολυβόλῳ φανεροῖς ἐπὶ πώμασιν ὄντες,  
ὡς μοχθῶν πρὸς κέρδος, κέρδος ὅπως βίης ὑγῆ

Cum igit̄ uita per se incerta, uerset in periculis in-  
certis, unūquēq; uitæ diē in lucro deputa, unus-  
q; em̄ dies poterat esse ultimus, & incertū erat  
an tibi cōtingeret. Ergo in tot uitæ periculis qui-  
cūq; dies nō eripis, is in lucro est deputādus. Qui

cunq; laboras).i. quicūq; sollicitus es, & angeris hui<sup>9</sup> uitæ malis. Tæctsi, ut dixi, nō ignoro Planu dē secus exposuisse. Sed nō est snia illum per oīa, sequi. Nā mihi magis probat, ut legamus incertis unica dictione, ad hunc modū (Cū uita dubia uerfē.) .i. iactet, (incertis periclis) .i. casibus. Nā pericula hoc minus a nobis uitari possunt, q̄ incerta sunt. Vitasti naufragiū, non uitasti ruinā: uitasti bellū, incidis in latrones: uitasti pestē, morderis a uipera. Mille piculis obnoxia est hois uita, atq; his quidē incertis, & ob id ineuitabilib<sup>9</sup>.

**Vincere cū possis, interdū cede sodali,  
Obsequio qm̄ dulces uinciuntur amici.**

ἔσθ' ὅτε νικᾷμ οἶος τ' ὤμ, ἐτάροισι ὑπόψικε,  
καὶ ἔ μεξιώτηκα φίλοι γλυκεροὶ συνέχονθ'.

Nihil hoc disticho elegātius fingi potuit. Obsecū dandū aliquoties amicis, & de tuo iure concidentum. Siquidē ea facilitas ac morigeratio retinet amicos in amicitia. Contra quidā dum obstinate rixant de lana caprina, malunt amicitiam rescindere, q̄ ulla in re obsequi animo amici.

**Ne dubites, cum magna petas, impēde  
re parua,**

**His etem reb<sup>9</sup> cōiungit Gratia charos.**

μὴ ὀκνεσ μεγάλ' αὐτίζωμ, τάγε μικρὰ προσέσθ'  
ὅπῃ χάρις φιλέοντασ ἐν ἀδελφίλοισι συνάπῃσ.

Amicitia cōstat officijs mutuis, & iuxta prouerbiū: manus manum fricat. Gratiam hic uocas deam beneuolentiæ,

CATONIS

**L**item inferre caue, cum quo tibi gratia  
iuncta est.

**I**ra odiū generat, cōcordia nutrit amorē

Νείκεα τοῖς ἐτάροισι κομίζου πάγχυ φυλάσσῃ  
μισθῷ γ' ἡρέφει ὀργή, ἀμοφροσύνη. *Οὐλίαν δέ.*

Cauendū est ne p̄ inimicitia lis incidat cū amico,  
propterea q̄ ex iurgio residēt in animis uestigia  
q̄dam, quæ bñuolentiā ḡtunt aliq̄t̄ies in odiū. Et  
nō optie coire solet semel rescissa cōcordia. Ergo  
morositas oīs et asperitas debet abecē ab amicitia.

**S**eruoꝝ ob culpā cū te dolor urget ī irā

**I**pse tibi moderare, tuis uꝝ parcere possis

Εἰ σε πρὸς ὀργὴν ἀμπλακίικ δ' ἰμῶων ὀροδύνει,  
Σαυτὸν μαλδ' ἄσσειν ὡς τῷ οἰκείῳ φείσῃ.

Ne punias seruum aut discipulū, q̄ diu senseris te  
ira cōmotum. Pessimus em̄ autor reꝝ gerendaz̄  
ira, sed prius tēperes aīo tuo, ut sedata iracundia,  
uel ignoscas, uel mitius punias. Ita phūs quidā:  
Punitē te (inqt seruo) ni irat' eēm. et Plato subla  
to ī seruū baculo, rogat' qd ageret: Ego, inqt, ca  
stigo hūc intēpantē, seipm significās ira concitū.

**Q**uē supare potes, interdū uince ferēdo

**M**axia em̄ moꝝ semp̄ patientia uirtus.

Οὐ κρατέει δ' ἴνη, ἔσθ' ὅτε κρατερὴν πρὶ γίγνησθ.  
κρατερὴν γ' ἀεὶ ἀρετῶων ὄσσι μεγίστη.

Maximi animi est, cum possis uincere, pati tamē  
ut uincaris, & negligere aduersarium. Hac uirtus

te inter mortales non est alia præstantior.  
 Cōserua potius quæ sūt iā parta labore  
 Cum labor in damno est, crescit morta-  
 lis egestas.

φρῶσα ὅτι μάλισα τάπη καμάτις ἐπορίσω,  
 εὐζημὴν γὰρ κάματ' , πενίην ἀποφέλλει.

Facilius ac tutius est seruare qd tuo labore quæsi-  
 tū est, q̄ sarcire qd profusione diminueris ac de-  
 traxeris. Cum enim laborat̄ integra re, facile de-  
 fenditur inopia. Verum cum laboratur in dāno  
 sarciendo, increfcit & obruit nos egestas.

Dapsilis interdū notis, charis, et amicis,  
 Cū fueris felix, sp tibi proximus esto.

Εὐπραγέωρ, εὐδωγέλωρ μὲν πολλάκι γίγνεσθαι,  
 Σέο φίλοις, σαυτῶ δ' εὐεργετώτατ' αἰεὶ.

Cū tu felix, hoc est lauta fortuna (fueris interdū  
 dapsilis). i. liberalis. (notis, charis, & amicis.) no-  
 tis, ut uicinis: charis, q̄s diligis: amicis, ut cogna-  
 tis. Sp tibi pximus esto) Interdū in illos sis bñfi-  
 cus, in te sp. Et ita amicis sis amicus, ut tibi ip̄i sis  
 amicissimus.

LIBER SECVNDVS.

**T**elluris si fortè uelis cognoscere cul-  
 Virgilium legito: quod si (tus,  
 mage nosse laboras

Herbæ uires, Macer tibi carmiē dicet,  
 Si romana cupis et punica noscere bella  
 Lucanū quæras qui Martis plia dicet.)

CATONIS

Si quid amare libet, uel discere amare  
legendo,

Nasonē petito: sin autē cura tibi hæc est,  
Ut sapiēs, uiuas audi quo discere possis  
Per quæ semotū uitij traducit æuum.  
Ergo ades, et quæ sit sapia discere legedo.

**E** ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.  
 Ἐὶ μὴ γηκονίας ἐθέλης μαθέμ τελευκάρπυς  
 ἠσίοδομ μέθκῶ καυτῆρ, εἰ δ' αὖ εἰδέναι αἰρή  
 τὰς βοτανῶμ δυνάμεις, Νίκανδρὸσ τάσσε δ' ἰδ' ἀξί  
 εἰ ἢ φρυγῶμ πθέεις Δαναῶμ τε δ' ἀἰνῶν ἀγῶνας,  
 δίζεο δ' ἔσσομ Ὀμηρομ, ὃς Ἀρεοσ ἔργ' ἀγορεύει.  
 εἰ δ' ἐγ' ἐξῶμ βόλκῃ, τ' ἐξῶμ τε τέχνημ ἐπιγνώσαι,  
 σφχε θεόκριτομ ἀμεινωσάμανῃ, εἰ ἢ μέλῃ σοι,  
 σὺμ σοφίῃ ζώκῃ, κλυέ μοικείνωμ ἀ μαθέμ χεῦ.  
 Ὡμ δ' ἰά πάεσ βίοτομ παθέωμ δ' ἰχα πάντα διοικῃ  
 δεῦρ' ἴθι γῶν κῆ τίπῃ πέλῃ σοφίῃ σὺ γε μὺδ.

Hoc ē, Ex alijs poetis alia licebit cognoscere. Virgilii in libris georgicon docet agriculturā. Macer tradit vires herbarū: quanq̄ alius quispiā fuit hic Macer, q̄ is quē habemus uulgo, ni fallor. Lucanus narrat Romanorū ciuilia bella: ubi legēdū arbitror ciuica pro Punica. Nihil em̄ de Punicis bellis scripsisse legif Lucanus. Ouidius tradit artem amandi, & in elegijs docet amores. Quod si cupis artē & rationē recte beateq̄ uiuēdi cognosce

re, hunc librū legito. Is te docebit nō uulgares artes & nugas, sed quo pacto uitam exigas semotam, id est, liberam & immunem a uitijs.

**Sī potes, ignotis etiā prodesse memēto.**

**Vtili<sup>o</sup> regno meritis acquirere amicos.**

εἰ δύνασσαι, κῆ ἀλλοξίαις ὀφελῶ ποτὲ γίγναι.  
Ὅτι εἰλας πεποριῶς κέρδιον ἢ βασιλεύειν.

Non solum in amicos oportet esse beneficū, uerū ignoti quoq; cōcilijandi sunt, ac deuinciendi bñfcentia, si mō possis prodesse. Vtilius em̄ est q̄ plurimos amicos parare (meritis). i. benefactis, q̄ parare regnum. Regnum em̄ eripi potest, amici succurrunt eiecto: & firmiores sunt quos beneficio adiunxeris, q̄ quos potestate premas.

**Mitte arcana dei, cælūq; ingrere qd sit.**

**Cū sis mortalis, quæ sunt mortalia cura**

Δεῖτε θεῶ μυθήρια, κῆ πόλον ὅς ἕξ ἐθναῶν.

Θνητὸς ἐὼν γ', κῆ πρὶ θνητῶν ἕσσο μεριμνῶν.

Iuxta Socratis sniam, quæ suḗ nos nihil ad nos.

Admonet ut omisso studio naturalis phix ea curemus, quæ ad uitā humanā p̄tinēt, hoc ē, ad mores cōponēdos, & aīm malis purgandū affectib.

**Linque metum lethi, nam stultum est**

**tempore in omni.**

**Dū mortē metuis amittis gaudia uitæ.**

Ἐπιθε φόβον θανάτου, ἀλόγισον γ' διαπαντός,

βότμου δαιμονόντα, βίβ τέρψιν ἐπιθεάλλειν.

CATONIS

Eandē sniam legis in priori lib. Pro amittis arbi-  
tror legendū amittere. Qui mortis metu sp̄ anxi-  
us uiuit, stulte facit. Primum enim non uitat id  
quod timet. Deinde si quid habet hęc uita iucū-  
ditatis, eam suo uitio perdit.

**Iratus de re incerta contendere noli.**

**Impedit ira aīm, ne possit cernere uerū.**

οργισθεις πρὸς πράγματα ἀμβόλις μὴ εἰζή-  
ουμὸς γὰρ πάντη νόου εἰσέλτ' ἀρεκείε ἀδρῆμ.  
Pyrrhus admonere solitus est tyrones, ne irasce-  
rentur, at multo magis oportet cauere iracundiā  
eos qui disputant. Melius enim iudicat qui uacat  
ira. Contra, ira obstat animi iudicio.

**Fac sumptū ppere, cū res desiderat ipsa,  
Dandum etenim est aliquid, cum tem-  
pus postulat aut res.**

Equidem opinor prompte legendū, pro propere.  
Sumptū q̄ necessario faciendus est, libēter & pro-  
pte facito, ne uidearis grauatim facere. Nā aliqd  
oīno insumendū est, non passim, sed q̄ties tps̄ aut  
causa postulat, hoc ē, in nuptijs, in festis, itē in a-  
micos. Planudes longe aliū sensum expr̄ssit gr̄ce  
καὶ δαπάναις ἧ μείζονα εἶπε τὰ πράγματα  
ἀπατῆ. (όντως.

πρὸς ἢ τὰ πράγματα καλεῶν καταλίσκε δει-  
Sentit amplos etiā sumptus faciendos, ubi res po-  
stulat. Ceterę ad res gerendas nō temere insumē-  
dum tps̄, quod huius sumptus sit pretiosissimus.

Quod nimium est fugito, paruo gaude  
Tuta mage est puppis Cre memento,  
modico quæ flumine fertur.

Φεῦγε αἰεὶ δ' ἄγαρ, τὰ ἧ μέτρια εἰ μάλα βόλα,  
βαῖω γὰρ ποταμῷ ἀκλυσοτέρη φέρεται ναῦς.  
Humilis fortuna tutior est, q̄ excelsa, ut navis tu-  
rior, quæ in paruo ē flumine, q̄ quæ in pelagi flu-  
ctibus natat.

Qd̄ pudeat socios prudēs celare memē  
Ne plures culpēt id, quod tibi (to,  
displicet unī.

Ne indicaueris amicis, aut ne cōmittas testib. ali-  
is, cuius te facti pudeat, ne plures rephendāt, si sci-  
erit id qd̄ unī tibi displicet, si solus tibi cōsciū fue-  
ris, hoc ē, si qd̄ peccas, peccesq; absq; arbitris. nec  
hāc sniam intellexit græc<sup>9</sup> Plianudes. sic em̄ ὕτις  
πᾶν ὃ φίλοις σοῖς αἴχος προσήκη μάλα κενῶς  
μὴ μέμφονταί σε πλεῖστοι ὃ σε μῶνον ἀνιᾶ.  
Id est, Quod amicis tuis probrum sit allaturum,  
ualde occulta, ne in hoc reprehendant te plurimī  
quod te solum cruciat.

Nolo putes prauos hoīes pctā lucrari.  
Tēporibus pctā latēt, & tpe patent.

μήτι βροτούς ἀλιτρούς δόκη ἀμπλακίων ἀπό-  
νασθαι,

πρὸς καιρὸν ἔ'ελκισαμ, καιρῷ δ' αὖ φανερεῖν).  
Ne putes nocētes lucrari, hoc est, impune auferra



## CATONIS

sua pct̄. Latēt quidem, sed ad t̄ps, postea patēt. i. manifestant̄. Tempus em̄ & celat & aperit oīa.

**Corporis exigui uires contemnere noli**

**Cōsilio pollet, cui uim natura negauit.**

σώματα οὐδ' ἀντ' δύναμιρ μὴ θῆε πρὸς φαῦλον

βυλῆ ἔκρατ' ἔσθ' ὅτε τ' φύσις εἴασ' ἀκῆδ' νόμ.

Noli cōtemnere inimicū, licet sit pusillo corpore.

Nam sæpe q̄d corporis uiribus detractū est, natu

ra addidit ingenij uiribus. Quanquam hæc sentē

tia latius patet, nempe hoīem nō esse æstimandū

proceritate roboreq; corporis, sed animo potius.

**Quē scieris non esse parē tibi, tpe cede.**

**Victorē à uictō superari sæpe uidemus**

ἢ νοεῖς σέο μείονα, ἄρ' δ' ἐν καιρῷ ὑπέικαμ.

πολλάκι ἂν κρείσσων πρὸς χείρονος ἦτηρ ὑπέικα.

Si senseris tibi rem esse cū potētiore, cede ad t̄ps,

& sine penes illū esse uictoriā. Nā incidit sæpenu

mero opportunitas, ut mutatis uicibus rex, uin

cat, q̄ uict' fuerat, & superior sit, q̄ fuerit inferior.

Conuenit cum illo, Vir fugiens & denuo pugna

bit. Quidam stulta pertinaciā statim aut uincere

uolunt, aut pessundari.

**Aduersus notū noli contēdere uerbis.**

**Lis minimis uerbis interdum maxima**

crefcit.

μὴ νεῖκει μήδ' ἀνυλέγην θέλε σοῖσιρ ἑταῖροις

ἐκ τυτθῶν μῆθωμ ἂν ἔρις μέγα πολλάκις ἀΐξαι.

LIBER . II.

Eandem sententiam & ante legisti, cum legisti,  
Cum familiaribus rixandum nō est, quod ium-  
ma discordia solet nasci ex uerbulis leuissimis.

Quid deus intēdat noli p̄quirere sorte.

Quid statuat de te, sine te deliberat ipse.

Nec hanc sententiam recte uertit Planudes, uer-  
tit enim ad hunc modum:

κληρόσι μὴ ἴχνυθι, τί βόλεται εἰς σὲ τὸ θεῖον.

Ὅτι ὡρίσει σὲ πέρι. Ἐπεὶ νόσφι τελέσει.

Quam̄ pro κληρόσι suspicor legendū κληροίσι. ✓

Et tñ aliud ē p̄ficere, aliud deliberare aut statua-  
re. Verus aut̄ sensus hic est: Nec sacrilegijs ac ma-  
lis artibus inquiras, quid de te futuꝝ sit. Quñ qui-  
dem id deus sciri non uult. Neq; enim te in consē-  
lium adhibet, cum aliquid decernit de te. Quā si te  
uellet id scire, nimis accerferet te in consilium.

Inuidiam nimio cultu uitare memēto,

Quæ si non lædit, tamen hanc sufferre  
molestum est.

Et hanc sententiam non recte uertit Planudes.  
Sic enim reddidit:

Βασκανίμ φυλακῆ πάση τὰ μάλιστα φυλάσθι  
ἢ κῆμ μὴ βλάπῃ σε, φέρι γέ μιν ὄσι βαρεῖα.

Planudes em̄ (nimio cultu) uertit maximo studio.  
Porro germanus sensus sic habet: Ne nimio splē-  
dore strepituq; uitæ cōflaueris tibi hoim odiū. Quā  
tāetsi nō possint te lædere, tñ molestū est uiuere  
obnoxii odio multoꝝ. At p̄ se iucundū est oib; ✓

## CATONIS

esse charum, etiam si nihil utilitatis inde capias.  
**Esto aīo forti, cum sis damnatus inique.**

**Nemo diu gaudet, q̄ iudice uicit iniquo**

καρπερόφρων ἔσο, κἢ μὰ δ' ἴκως σὺ πρὶ κρίσιμ' ἴλωσ  
 οὐκ εἰς μακρὰν δ' γελάσῃ, νικῶν ἕξ ἀδέσμως.

Ne abijcias animum, si aduersarius uicit te præ-  
 ter ius. Nec enim diu exultabit, sed quod perperā  
 pronunciauit iudex, id deus reiudicabit.

**Litis præteritæ noli maledicta referre.**

**Post inimicitias irā meminisse malorū ē**

αἰχομυλίας ἔριδος, μὴ λοιδορίας ἀνευέγκης.

σκαίου γὰρ μεμνηδὲς κνηιδμοῖο μετ' ἔχθραν.

Post reditum in gratiā nō oportet litis antea actæ  
 cōuitia refricare, sed obliuisci superiorū iniuriarū.

Finita em̄ similtate, debet & irarū esse finis, sec̄

aūt facere malorū ē. Græce uocāt μνησικακῆσαι,

ἔβο uidelicet infamī, p̄teritorū malorū iniuriam.

**Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse.**

**Hoc faciunt stulti, quos gloria uexat**

**inanis.**

μὴ τε σεαυτὸν ἐπαίνῃ, μήτ' ἀνδρὶς ψέγε, ἢ γὰρ

τὸτ' ἀνόητοι δρῶσι κενὴ τούε δόξα ταράσσει.

Te ipsum nec uituperes, nec laudes: utrūq; em̄ ui-  
 detur affectātis inanem gloriam. Nam & qui se

uituperat, ob id facere uidet̄, ut refellatur ab a-  
 lijs, & diuersa audiat.

**Vtere quæsitis modice, cum sumptus**

abundat.

Labit̄ exiguō, qđ partū est tpe longo.

Ες ἀνάλωμα μλύη, χῶ χήμασι σοῖς ὀλιγοῶς,  
βαῖψ̄ γὰρ τε χῶνω ἔσ̄ μακροῦ πεπορισμύου  
ἔρρει.

**Quæ dos matronis pulcherrimæ? uita pudica.**

Mulier etiã indotata, satis dotata est, si casta est.

**Quæ casta est? de qua fama mētiri ueres.**  
Casta non est, de qua fama turpiter loquitur.

**Quod prudentis opus? cum possit nolle nocere.**

Propriũ prudētis est, etiã cū possit, nolle tñ ulcisci.

**Quid stulti proprium? non posse & uelle nocere.**

Malus etiã cū non possit, optat tñ lædere.

PYTACI Mitylenæi. Ex Græco

**Quæ facturus es, ea ne prædixeris.** Frustratus enim rideberis.                      Deposito redde.

**A familiaribus in minutis rebus læsus feras.**

**Amico ne maledixeris.** Inimicũ ne putes amicũ.

**Vxori dominare.** Quæ feceris parentibus, eadem a liberis expecta.

**Desidiosus ne esto.** Inter amicos ne fueris iudex.

**Ne contende cū parentib⁹,** etiam si iusta dixeris.

**Ne geras imperium,** priusquã parere didiceris.

**Infortunatum ne irriseris.**

**Ne lingua præcurrat mentem.**

**Quæ fieri non possunt, caue concupiscas.**

**Ne festinatis loqui,                      Legibus pare,**

## SAPIENTVM

Nosce teipsum.                      Ne quid nimis.  
 Ante oīa uenerare numē. Parentes reuerere.  
 Audito libenter.                      Voluptatem coerce.  
 Inimicitiam solue.  
 Vxorem ducito ex æqualibus, ne si ex ditiorib⁹  
 duxeris, dominos tibi pares, non affines.

EIVSDEM ex Aufonio carmine Iambico  
trimetro.

**Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.**  
 Eiusdem est artis recte tacere, & recte loqui.  
**Bono probari malo, q̄ multis malis.**  
 Non refert q̄ multi laudēt te, sed quales. Nam ab  
 improbis laudari, uituperari est.

**Demens superbis inuidet felicibus.**  
 Stultitiæ est cruciari felicitate malorum, quasi in  
 uulgaribus bonis sit sita felicitas.

**Demens dolorem ridet infeliciū.**  
 Aequè stultum est gaudere calamitate malorū,  
 quasi non & ante fuerint infelices.

**Pareto legi, quisquis legem sanxeris.**

Quod alijs præscripseris, ipse seruato.

**Plureis amicos re secunda compares.**

Prospera fortuna conciliat multos amicos.

**Paucos amicos rebus aduersis probes.**

Sed reflante fortuna pauci manent, sed sinceri.

CLEOVLII LYNDII.

Ne sis unquam elatus. Domus curam age.  
 Libros euolue. Liberos tibi charissimos erudi,  
 iuste iudicato,                      Bonis benefacito.

## DICTA

**A** maledicentia temperato. Suspicionē abijcito.  
 Parētes patiētia uince. Beneficij accepti memēto.  
 Inferiorem ne reijcias. Aliena ne concupiscas.  
 Ne teipsum præcipites in discrimen.  
 Res amici diliges, ut perinde serues ut tuas.  
 Quod oderis, alteri ne feceris.  
 Ne cui miniteris, est enim muliebre.  
 Citius ad infortunatos amicos, q̄ fortunatos, p̄f̄  
 Lapis auri index, aurum hominum. (ciscere.  
 Voto nil pretiosius.  
 Mendax calumnia uitam corrumpit.  
 Mendaces odit quisquis prudens ac sapiens.  
**EIVSDEM EX AVSONIO CAR**  
**mine Asclepiadeo.**

**Quanto plus liceat, tam libeat minus.**  
 Quo potērior es, hoc magis caue, ne quid pecces,  
 & quo plus tibi permittunt homines ob princi-  
 patum, hoc ipse minus permittas tibi.  
**Fortunæ inuidia est, immeritus miser.**  
 Cum bonis male est, fortunæ imputatur, cum ea  
 sæpe magnatum sit culpa.  
**Felix criminibus nullus erit diu.**  
 Felicitas malo parta, non est diuturna.  
**Ignoscas alijs multa, nihil tibi.**  
 In alios lenis esto, in teipsum seuerus.  
**Parcit quisq; bonis, prodere uult bonos.**  
 Qui bonos uiros tradit in manus honorū, is ser-  
 uat, non perdit, quos prodit. Quāquam suspicor  
 legen tum, Parcit quisq; bonis, perdere uult mas-  
 los, ut sit sensus; Qui malos ac nocētes afficit sup

## SAPIENTVM

plicio, is miseretur bonorum & innocentium, quæ  
ab horum uiolentia liberat.

**Maiorum meritis gloria non datur.**

**Laus parentum non tribuitur posteris.**

**Turpis sæpe datur fortuna minoribus.**

**At probra parentum sæpe obijciuntur liberis.**

**CHILONIS LACEDAEMONII.**

**Nosce te ipsum. Ne cui inuideas mortalia**

**Temperantiã exerce. Turpia fuge.**

**Tempori parce. Iuste rem para.**

**Multitudini place Sapia utere.**

**Moribus probatus esto. Ne quid suspiceris.**

**Oderis calumnias. Ne fueris onerosus.**

**EIVSDEM ex Ausonio carmine Choriã**

**bico, ex choriambis trib. & amphibracho.**

**Nolo minor me timeat, despiciatq;  
maior.**

**Sic est moderanda uitæ ratio, ut ne inferioribus  
sis formidini, quod est tyrannicum: nec superioribus  
contemptui, quod est abiectæ fortunæ.**

**Viue memor mortis, immemor ut sis  
salutis.**

**Sic fuge turpia quasi hodie moriturus. Sic cura  
honestã studia, quasi semper uicturus. Quando  
hic uersus deprauatus est, suspicor ita legendum,**

**Viue memor mortis, ut sis & memor salutis.**

**Tristia cuncta exuperans, aut animo,  
aut amico.**

**In rebus aduersis, aut amici consuetudine false**



## DICTA

moerorem, aut animo te sustine.

**Tu bene si qd facias, nō meminisse fas ē**

Benefacta tua prædicent alijs.

**Grata senectus hoī, quæ parilis iuuetæ.**

Florida senectus, simillima est adolescentiæ.

**Illa iuuet<sup>9</sup> grauior, quæ similis senectæ**

Morosa iuuentus simillima est senectuti.

SOLONIS Atheniensis. Ex Græco.

Deum cole.

Parentes reuerere.

Amicis succurre.

Nemini inuideto,

Veritatem sustineto

Ne iurato.

Legibus pareto.

Cogita quod iustum est.

Iracundiæ moderare.

Virtutem laudato.

Malos odio prosequitor.

EIVSDEM ex Aufonio carmine Trochaico.

**Dico tñc uitā beatam, fata cū pacta sunt**

Nemo beatus, nisi qui feliciter obierit diē.

**Par pari iugato coniunx, dissidet quod**

**impar est.**

Firmissima est amicitia, quæ inter pares coijt.

**Nō erūt honores usq̄ fortuiti muneris.**

Honos uerus uirtutis ē p̄miti, nō mun<sup>9</sup> fortunæ.

**Clām coarguas propinquum, sed palā**

**laudaueris.**

Amicū laudato palā, sed errantē occulte corripe.

**Pulchrius multo parari, q̄ creari nobile**

Clarior est nobilitas, quā ip̄e tuis uirtutibus tibi

pararis, q̄ quæ ex maiorū imaginibus cōtigit.

SAPIENTVM

**Certa si decreta fors est, quid cauere  
proderit?**

Si fatum uitari non potest, qd prodest præscisse?  
**Siue sunt incerta cuncta, quid timere cō  
uenit?**

Sin incertum, stultum est timere, quod an euen-  
turum sit nescias.

THALETIS Milesij. Ex Græco.

Principem honora	Amicos probato.
Similis tui sis.	Nemini promittito.
Quod adest, boni consulito.	A uitijs abstineto.
Gloriam sectare.	Viræ curam age.
Pacem dilige.	Laudatus esto apud oēs;
Susurronem ex ædibus eijce.	

EX AVSONIO, uersu pentametro.

**Turpe quid ausurus te sine teste time.**

Quod apud alium puderet facere, ne solus quidē  
ausis facere, ueluti teipso teste.

**Vita perit, mortis gloria non moritur.**

**Quod facturus eris, dicere sustuleris.**

Sile si quid est in animo facere, ne quis impediāt.

**Crux est, si metuas, uincere qđ nequeas**

Auget sibi molestiā qui timet qđ uitari nō pōt.

**Cum uere obiurgas, sic inimice iuuas.**

Præstat uere carpi ab inimico, q̄ falso laudari ab  
amico.

**Nil nimis, satis est, ne sit & hoc nimis.**

Ne quid nimis; Nam modus om̄ibus in rebus est

## MIMI

optimus.

SEQVNTVR MIMI PVBLI,

ani, ab Erasmo castigati & elucidati.

ERASMVVS ROT. lectori S.

IN hos deprauatissime scriptos reperi commentariolos longe prodigiosiores q̄ in Catonem, qui neq; cælum neq; terram attingerent, & tñ accuratissime depictos, ceu rem sacram. O seculum illud infelix. Sunt pleriq; senarij iambici, si quod diuersum genus inciderit, annotabimus. Cæteræ qui scire uolet a quamportetosis mendis hos mimos uindicauerimus, is cōferat cum ijs, quos ante nostram editionem habebāt uulgati codices. Vale lector, & fruere.

**Alienū est om̄e q̄quid oprando euenit.**

Sensus est, Id quod nostro studio paratur, uere nostrum est: quod uotis contingit alienum est, nē pe quod fortuna possit eripere.

**Ab alio expectes, alteri quod feceris.**

Qualis fueris in alios, tales alij futuri sunt in te.

**Animus uereri q̄ scit, scit tuto aggredi.**

Qui intelligit periculum, is nouit cauere periculum. Temeritas autem periculose rem aggreditur, quia nescit timere.

**Auxilia humilia firma consensus facit.**

Concordia fortia facit, etiam quæ sunt imbecillia: contra, discordia maximas opes debilitat.

**Amor animi arbitrio sumit, non ponit.**

Nobis in manu est nō incipere amare, ubi coeperis, iam illi seruus es, nec potes excutere cū uelis.

## PVBLIANI

**Aut amat, aut odit mulier, nihil ē tertium**

Mulier nimis est uehemens in utrāq; partē, aīa affectibus obnoxiiū: Q; q̄ hmōi uiros etiā nō pau-  
cos reperias, nimis in utrāq; partem uehemētes.

**Ad tristem partem strenua suspicio.**

Qui parē sunt felices, magis laborāt suspiciōe, uel sic: Suspicio plerunq; uergit in partē deterio-  
rem. Strenua hic citam ac propensam significat.

**Ames parentē si æquus ē, si aliter, feras.**  
Bonū parentē ama, difficilē tolera, uel ob hoc, q̄  
pater est, æquus dixit, pro cōmodo & humano.

**Aspicere oportet, quod possis deperdere.**  
Serua quod nolis perire. Oculus autem, hoc est,  
præsentia domini optimus rei custos.

**Amici uitia si feras, facis tua.**

Tibi imputabitur quicquid peccat amicus, cum  
non admoneas,

**Aliena, hoī ingenuo, acerba est seruitus.**  
Durum est seruire ei, qui liber sit natus.

**Absentem lædit, qui cum ebrio litigat.**  
Mens enim ebrii non adest, cum qua loquēdum  
est. Itaq; perinde est, ac si non adesset ipse.

**Amans iratus multa mentitur sibi.**

Multa enim constituit in animo, quæ non præ-  
stat postea. Ego ne illam, quæ me, quæ illum?

**Auarus ipse miseræ causa est suæ.**

Nam sua sponte & uolens pauper est.

**Amās qd cupiat scit, qd sapiat, nō uidet**

## MIMI

**Amans sine iudicio cupit, nec expendit, salubre sit an perniciosum, id quod cupit.**

**Amans quod suspicat uigilans, somniat**  
 Qui amant, ipsi somnia fingunt, & inani spe sibi blandiuntur,

**Ad calamitatem quilibet rumor ualet.**

Tristia facile spargunt in uulgus: quæ recta sunt & honesta, uix creduntur,

**Amor extorqueri nō pōt, elabi potest.**

Amor non potest subito uicq; expelli, sed paulatim potest elabi,

**Ab amate lachrymis redimas iracundiã**

Amans iratus lachrymis placatur.

**Apte cū ē mala mulier, tū demū ē bona**

Fucatum & fraudulentum est animal mulier, eo que minime noxia, cum palam est mala: indicat hic nullam esse bonam,

**Auarum facile capias, ubi nō sis idem.**

Auaræ nō pōt ferre auarus: uel, facile falles auaræ nisi sis idem quod ille est, id est auarus & ipse.

**Amare & sperare uix deo conceditur.**

Non est eiusdem amare, & sanæ mentis esse.

**Auarus nisi cum moritur, nil recte facit**

Etenim cum moritur, tum demum permittit alios suis opibus frui.

**Astute dum celatur se ætas indicat.**

Senectus celari non potest. Nisi forte sic legendū est: Astu crimen celatur, ætas indicat, Tempus enim aperit omnia,

## PVBLIANI

**Auarus damno potius, q̄ sapiens dolet.**

Sapiens non cruciatur damnis rerum, sed is qui magnificat pecuniam.

**Auaro quid mali optes? ni, ut uiuat diu.**

Proprerea quod miserrime uiuat. Summum igitur malum optat, qui optat diutinam uitam.

**Animo dolenti nil oportet credere.**

Quamdiu doles, ne quid tibi ipsi fidas. Nihil enim sani suadet dolor. Expecta donec residat ægritudo, tum statue quid uelis loqui aut facere.

**Alienum nobis, nostrū plus alijs placet.**

Sux quenq; fortis pœnitet. Aliena miratur, uerba duntaxat. Cæterum si ad rem uetum sit, pauci uelint cum alijs commutare.

**Amare iuueni fructus est, crimē seni.**

Amor uoluptas est in iuvene, scelus in sene, non uoluptas.

**Anus cum ludit, morti delicias facit.**

Anum uicinam morti non decet lusus, uidetur enim mortem delectare uelle.

**Amoris uulnus idem qui sanat, facit.**

Desiderij uulnus sanat idem qui fecit, si sui copiam faciat; allusit autem ad Telephi fabulam.

**Ad pœnitendū properat, cito q̄ iudicat.**

Ne statim pronūcies. Nam præcipitati iudicij sæpe pœnitet.

**Amicos res optiæ parāt, aduersæ pbāt.**

Et hoc carmē deprauatum est, forte sic legendū;

**Amicum res optimæ parant, tristes probant,**

## MIMI

Secunda fortuna conciliat amicos, aduersa explorat ficti sint an ueri.

**Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior.**

Hoc est carmen trochaicum: In mala re quo magis excellis, tanto sceleratior es. Veluti miles quo melior est hoc uir nequior.

**Arcum intensio frangit, aī m remissio.**

Arcus frangitur, si nimium tendas. A nimī uires augentur exercitatione, otio franguntur.

**Bis est gratū, qđ opus est, ultro si offeras Beneficiū precibus extortū, magnā gratiæ partem perdidit. Quod ultro oblatū est, id bis gratū.**

**Beneficiū dare qui nescit, iniuste petit.**

Non debet uti beneficijs aliorum, qui ipse nemini benefacit.

**Bonū ē fugiēda aspicerē alieno in malo**

Item Plautus: Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. Quid tibi sit fugiendum, id discas non tuo malo, sed ex aliorum malis exemplum sumito.

**Beneficiū accipere, libertatē uendere ē.**

Felicius est dare q̄ accipere. Perdit enim libertatem, quisquis utitur alterius beneficio.

**Bona nemini hora ē, ut nōalicui sit mala**

Nulla fortuna secunda est, quæ non alicuius malo contingat.

**Bis em̄ mori est, alterius arbitrio mori.**

Mortem naturalem æquiore animo ferunt homines, adactam grauius.

## PVBLIANI

**Bñficia plura recipit, qui scit reddere.**

Ingratis nemo plura committit, Quos experimur gratos, in hos maiora conferimus

**Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.**

Nam & illum adiuuas, & te eiusdem malefactorum reum facis,

**Bonus animus læsus, grauius multo irascitur**

Lenis animus cum incandescit, uehementius commouetur.

**Bona mors est homini uitæ quæ extinguit mala.**

Miseris mors est optanda quoque, ut quæ finem adferat malorum.

**Bñficiũ dādo accipit, qui digno dedit**

Hunc uersum nominatim citat Aulus Gellius inter mimos Publianos

**Blanditiã, nõ imperio fit dulcis Venus.**

Iucundum est, cum ex animo quis redamatur, non cum extorquetur mulieris obsequium.

**Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.**

Qui probus est ipse, nunquam alteri peccati assensit.

**Bñficiũ se dedisse qui dicit, petit.**

Comemoratio bñficii dati, est reposcentis gratiam.

**Coniunctio animi, maxima est cognatio**

Arctius alligat mutua beneuolentiã, quam affinitas sanguinis, Forte uersus hic ita legendus est:



## MIMI

**Bñuolus animus máxima est cognatio.**  
 Nam & hoc modo carmen constat, & in hac lite-  
 ra, nempe B, reperiatur.

**Bñficiū sæpe dare, docere est reddere.**  
 Qui sæpius bene meretur de aliquo, is prouocat  
 ad gratitudinem quadā pertinacia benefaciendi.

**Bonitatis uerba imitari, maior malitia ē**  
 Qui malus est, & bene loquitur, is plus quā malus est.

**Bona opinio hominī tutior pecunia est**  
 Tutius est habere bonam famam, quā diuitias.

**Bonū tametsi supprimis, non extinguit**  
 Veritas & iustitia premi potest ad tempus, sed  
 emergit postea.

**Bis uincit, qui se uincit in uictoria.**

Qui moderate utitur uictoria, bis uincit, primū  
 hostem, deinde animum.

**Benignus etiā dandī causam cogitat.**

Qui liberalis est, non expectat ut rogetur, sed ul-  
 tro quæritat occasionem largiendi.

**Bis interimitur, qui suis armis perit.**

Magis dolet nobis calamitas, cuius ipsi ministra  
 uimus occasionem, Veluti si quis hominem eue-  
 hat ad magistratum, a quo postea subuertatur.

**Bñ dormit q̄ nō sentit q̄ male dormiat.**

Cū abest sensus malus, nihil ē mali, Veluti si qs  
 alto sōno obrutus, nō sentiat incōmoditatē strati.

**Bonorum crimen est officiosus miser.**

Si calamitosus est, qui recte uiuit, hoc imputatur

## PUBLIANI

uirtuti, cui dicunt aduersari fortunam.

**Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.**

Decus recte factorum non potest obscurari. Lucet enim in ipso pectore, si non respondet opinio populi.

**Bene cogitata si excidunt, non occidunt.**

Quod recte proposueris, etiam si ad tempus excidit animo, tamen non omnino perit.

**Bene perdit nummos, iudicium cum dat nocens.**

Qui corrumpit iudicem pecunia, cum sit nocens, perdit eam, sed suo bono. Proinde bene perdit.

**Bonus nocet, quisquis pepercit malis.**

Fit iniuria bonis, cum impunitas datur malis. Pauciores enim boni futuri sunt, si liceat impune malos esse.

**Bono iustitiae proxima est seueritas.**

Seueritas enim est iustitia rigidior, & exactior, uergens tamen ad inclementiam.

**Bonus apud uiros cito moritur iracundia.**

Apud malos uiros ira tardissime senescit, apud bonos cito.

**Bona turpitudine est, quae periculum indicat.**

Aut sic, quae periculum uindicat, satius est pudere quam pigere. Pudor utilis est per quem arcemur ab his, quae periculose fecerimus.

**Bona comparat praesidia misericordia.**

In alios misericors meretur, ut in se fauentes sint alij, si quid inciderit.

**Bonarum rerum consuetudo pessima est.**

## MIMI

Vilefcit qđ cōfuetū eſſe cōperit. Bonis reb⁹ nihil  
debet eſſe chari⁹. Char⁹ eſt autē, quod rarum eſt.

**Beneficiū dignis ubi das, oēs obligas.**

Virtuti enim datur non hominī. Et tuo benefi-  
cio bonus in cæteros omnes utitur.

**Crudelis in re aduerſa eſt obiurgatio.**

Cōſolādus ē amic⁹, nō obiurgādus ī reb. afflictis.

**Cauendi nulla eſt dimittenda occaſio.**

Nunquam ſatis caueris. Aliquando nocendi eſt  
omittenda occaſio, cauendi nunquam.

**Cui ſp dederis, ubi neges, rapere impas.**

Qui aſſueuerit ſp accipere, is putat iam ſibi debe-  
ri quod datur, adeo ut ſi negaris, paratus ſit eri-  
pere ui. Hoc ad principes peculiariter attinet.

**Crudelē medicū intēperans æger facit.**

Aegroti intemperantia facit, ut medicus cogat-  
ur ad dūriora media descendere, nempe ſectio-  
nem aut uſtionem, & ſimilia.

**Cui⁹ mortē amici expectāt uitā qderūt**

Ei⁹ uita ſit iuſta oportet, cui⁹ amici mortē optāt.

**Cū inimico nemo in gratiā cito redit.**

Non eſt ſtatim fidendum inimico. Facile diſſolui-  
tur beneuolentia, at nō facile ſarcitur. Et ira omī-  
um tardiffime ſeneſcit.

**Citi⁹ uenit periculum cū contemnit.**

Magis nocet periculū his q negligūt, q̄ qui cauēt

**Caſta ad uirū matrona parēdo imperat**

Pudica uxor hoc impetrat obſequio ſuo, ut quic-  
quid uelit faciat maritus, & magis impetrat, cū

## PVBLIANI

obsequitur, q̄ cum exigit.

**Cito ignominia fit, superbi gloria.**

Arrogantiam semper sequitur infamia. Et qui insolenter utitur gloria, incidit in ignominiam.

**Consilio melius uincas, quam iracundia.**

Ira præceps est, prudentia sedata. Hac citius efficias quæ uoles, q̄ uolentia & ferocitate.

**Cuius dolori remedium est patientia.**

Ois dolor lenit patientia. Alia alijs malis sunt remedia. At patientia cõe est malor̄ oim lenimentũ

**Cum uitia profunt, peccat q̄ recte facit.**

Cũ expedit esse malos, tũ nocet esse bonos. Et cũ præmium est malefactoris, tũ benefactoris pœna est.

**Contemni est leuius, q̄ stultitia percuti**

Satius ẽ cõtemni ob uirtutẽ, q̄ stultũ quid agere.

**Comes facundus in uia p̄ uehiculo est.**

Et hic uersus citatur ab Aulo Gellio. Iucundus cõ fabulator facit, ut non sentias uixæ tædiũ, perinde ac si uehiculo porteris.

**Cito improbor̄ læta in perniciẽ cadũt.**

Non est diurna malorum felicitas.

**Crimẽ relinquit uitæ, q̄ mortẽ appetit.**

Videtur accusare uitam, qui mortem appetit.

**Cui plus licet q̄ par ẽ, plus uult q̄ licet.**

Hunc uersiculum ascripsi ex Gellio. Cui plus permittitur q̄ æquum est, is plus sibi sumit q̄ oportet. Hoc conuenit in tyrannos & uxores.

**Discipulus est prioris posterior dies.**

## MIMI

Quotidiana reꝝ experiētia redlimur prudētiores.  
 Danare est obiurgare, cū auxilio ē op<sup>o</sup>.  
 Et amicus afflic<sup>o</sup> eget auxilio, tū obiurgare nō  
 est officiosum, sed damnare est. Primum eximē-  
 dus est calamitati, postea obiurgāndus, quod sua  
 culpa in eam inciderit.

Diu apparādū ē bellū, ut uincas celeri<sup>o</sup>.  
 Qui in aggrēdiendo nimium properāt, aliqū tar-  
 dius cōficiunt. Mora in apparando nō dispendiū  
 est, sed lucrum ad negotium cito conficiendum.

Dixeris maledicta cuncta, cum ingrātū  
 hominem dixeris.

Ingratitudo oīa uicia in se cōplectit. Nullū igit̃ cō-  
 uitiū dici pōt cōtumeliosus. V̄sus ē Trochaicus.

De inimico ne loquare malū, si cogites.  
 Si cogitas nocere inimico, caue loquaris male, ca-  
 uebit em̄ ille. Stultū est igit̃ maledicere, nā si ami-  
 cus ē, inique facis, si inimic<sup>o</sup>, minus illi nocebis.

Deliberare utilia, mora est tutissima.  
 Tutissimum est esse lentas consultationes. Nam  
 præcipitata consilia plerunq; sunt inauspicata.

Dolor decrescit, ubi q̄ crescat nō habet.  
 Cum malum uenerit ad summum, tum necesse  
 est ut fiat remissius.

Dediscere flere fœminā, est mēdacium.  
 Idest, fœmina nunquam hoc dediscet.

Discordia fit charior concordia.

Amantium iræ amoris redintegratio est.

PVBLIANI

**Deliberandū ē diu, qđ statuēdū ē semel**

De quo nō potes nisi semel statuere, ueluti de matrimonio, de sacerdotio, de hoc diu deliberādum est, priusquam aggrediaris.

**Difficilē oportet habere aurē ad crimīa**

Ne facile credas accusanti quenpiam.

**Dū uita grata ē, mortis cōditio optīa ē.**

Tum optimū est mori, cū adhuc dulce est uiuere

**Damnum appellandum est, cum mala**

fama lucrum.

Lucrum cū iactura famæ damnū est, non lucrū.

**Ducis in cōsilio, posita est uirtus militū**

Frustra sūt fortes milites, ni ducis prudētia regāē

**Dies qđ donat timeas, cito raptū uenit.**

Qđ subito cōtingit, subito solet auferre fortuna.

**Dimissum qđ nescitur, non amittitur.**

Non est damnum, quod non sentis.

**Etiā innocentes cogit mentiri dolor.**

In tormentis sæpe mentiuntur & innocentes, ad acti cruciatur.

**Etiā peccato recte præstatur fides.**

Adeo seruanda est fides, ut etiā malis in rebus aliquando præstanda sit.

**Etiā celeritas in desiderio mora est.**

Cupienti etiā festinatio uidetur mora.

**Ex uitio alterius, sapiens emendat suū.**

Ex alienis erratis sapiens colligit quid sibi sit cauendum.

**Et deest & superat miseris cogitatio.**

Deest, quia non uident quo pacto possint mederi malis, & superest, quia intelligunt quid debuerint cauere, sed sero.

**Etiam obliuisci quod scis interdum expedit**

Quaedam huiusmodi sunt ut sint dediscenda: legi poterat, quod sis, ut sit sensus, Expedit aliquoties meminisse magis, quid praesens tempus & res postulet, quam tua dignitas.

**Ex hominum quaestu facta fortuna est dea.**

Studium lucri facit, ut fortuna credatur esse dea, quae faueat. (Aut ex quaestu) id est, querimonia. Nam illi impurant, si quid acciderit aduersi.

**Effugere cupiditatem, regnum est uincere.**

Vincere auaritiam, aut iram, plus est quam regnum:

**Exuli ubi nusquam domus est, sine sepulchro est tanquam mortuus.**

Opinor ita legendum:

**Cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.**

Id est, Exul qui nusquam habet domum, proinde est, ut mortuus insepultus, aut cui non est sepulchrum

**Etiam qui faciunt, odio habent iniuriam.**

Nolunt sibi fieri iniuriam, nec illi, qui faciunt alijs.

**Eripere telum, non dare irato decet.**

Irato non est danda occasio nocendi, sed potius adimenda.

**Se denegare patriae, exilium est pati.**

## PVBLIANI

Sic enim uersiculum hunc mutauimus, Qui latet  
& non uersat in republica, is sua sponte exul est.

**Etiā capillus unus habet umbrā suā.**

Nihil est tam minutum, quod nō possit aliquid.

**Eheu q̄ miserū est, fieri metuendo senē.**

Miserrimum est consensescere metu mali, quod  
nondum aduenerit.

**Etiā hosti ē æquus, q̄ habet ī cōsilio fidē**

Qui sequitur quod dicitur fides, non quod dolor,  
is etiā hostibus erit æquus.

**Excelsis multo facilius casus nocet.**

Ex alto cadētibus periculosior est ruina, Ita peri-  
culosius deriuntur ex alta fortuna.

**Fidē qui perdit, quo se seruet in reliquis**

Qui perdit pecuniā, habet in quod se seruet, quā  
fidem, nihil habet cui se seruet.

**Fortuna cum blāditur, captatum uenit.**

Insidiatur fortuna cum blāda est, ita tum maxi-  
me habēda est suspecta, cū maxime prospera est.

**Fortunā citius reperias quā retineas.**

Difficillimum est retinere fortunam, ne mutet.

Et maior uirtus est tueri parta, q̄ parare.

**Formosa facies muta commendatio est.**

Fauetur enim formosis, etiam si nihil dicant.

**Frustra rogatur, qui misereri nō potest.**

Qui nō potest mollescere precibus, quid opus est  
hunc rogare?

**Fraus est accipere, qd̄ nō possis reddere.**



## MIMI

**Dolus est accipere beneficium a quoquam, cui non possis tantundem reddere.**

**Fortuna nimium quē fouet, stultū facit.**

**Magnæ felicitatis comites sunt stultitia & arrogantia,**

**Fatetur facinus is qui iudicium fugit.**

**Qui detrectat iudicium, indicat se sibi male consciū esse.**

**Felix improbitas, optimorū ē calamitas.**

**Quoties fortuna fauet improbis, hoc fit calamitate & malo optimorum,**

**Feras non culpes quod uitari nō potest.**

**Hic uersus nominatim citat a Gellio. Quod mutari corrigiq; non potest, id tacite ferendum est, nō uituperandum.**

**Futura pugnant, ut se superari sinant.**

**Sic instant futura mala, ut tamen uinci uitariq; possint prudentia.**

**Furor fit læsa sæpius patientia.**

**Et hoc carmen citatur a Gellio. Lenes cum sæpius uis prouocantur, tandem irritati grauius irascuntur, quia rarius & serius commouentur.**

**Ficta cito ad naturam redierint suam.**

**Simulata non diu durant. Et iuxta Flaccum:**

**Naturam expellas furca, tamen usq; recurret.**

**Fidem qui perdit, nil potest ultra pdere.**

**Omnia perdidit qui fidem perdidit.**

**Facilitas animi ad partē stultitiæ rapit.**

**Facile adducitur ad uitia, qui facilis est animo, ut**

## PVBLIANI

Mitio ille Terētianus, qui ob facilitatem sexagenarius nouus factus est maritus.

Fides ut anima, unde abiit, nunq̄ redit.

Vt uita semel amissa, nunquā reuertitur, sic nec fides. Iuxta illud: Qui semel scurra, nunquam bonus paterfamilias.

Fidē nemo unq̄ pdit, nisi qui non habet.

Pecuniam nō perdit, nisi qui habuit. At fidē is dē perdidisse, qui nō habuit, id est, qui perfidus fuit.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Nullum malum uenit sine incurfu alterius mali.

Fulmen ē, ubi cū ptāte habitat iracūdia.

Versus est Trochaicus. Potens cum irascitur, fulminat, non irascitur.

Frustra cum ad senectam uentum est, re  
petes adolescentiam.

Et hic Trochaicus est. Non licet reiuuenescere.

Proinde seni tractanda sunt senilia.

Falsum maledictū, maleuolū mēdaciū ē

Qui conuiciatur & mentitur, is malitiose mētis.

Fœiæ naturā regere, desperare est oīm.

Oēs desperāt se posse regere mulieris ingenium.

Fer difficilia, ut facilia leuius feras.

Exerce te reb⁹ difficiliorib. ut alia facilius feras.

Fortuna nulli plus q̄ consilium ualet.

Consilium plus efficit q̄ felicitas.

Fortuna uitrea est, q̄ cū splēdet frangit.

Vitrum cum maxime lucet, tū facillime frangit.

## MIMI

**Ira splendidissima fortuna minime durabilis est.**  
**Feras qđ lædit, ut qđ prodest perferas.**

Ut potiare commodo,feras incommodum,

**Facit gratum fortuna, quā nemo uidet.**

Fortuna facit inuidiosum, nisi lateat, ergo dissimulanda est.

**Frugalitas miseria est rumoris boni.**

Hunc rursus addidi ex Gellio. Esse frugalem rumor quidē bonus est, sed infelix, & parum uulgo laudatus, cui pfusio magis placet. Nisi maioris miseriam accipere pro penuria siue inopia. Nam tū erit sensus: Qui laudatur frugalis, is non laudat. Tertius sensus argutissimus ē: Frugalitas est parsimonie uitiū, sed sub honesto laudatoꝝ noie.

**Graue p̄iudiciū est, qđ iudiciū nō habet**

Post p̄iudicia sequunt iudicia, in qbus excutiunt p̄iudicia. At graue est illud p̄iudiciū, qđ nō sequit aliud iudiciū, sed ip̄m iudicij loco ē, uelut si princeps p̄ se ferat aīm inimicum in quenpiam, nullus est iudex, qui secus ausit iudicare.

**Grauiissima est probi hoīs iracundia.**

Vir bonus ut tardior est ad irā, ita grauius irascitur, si uicta sit illius bonitas.

**Grauis animi p̄na est, quem post factum p̄nitet.**

Magnam p̄nam dedit, quem p̄nitet facti.

**Grauis anim⁹ dubiā nō habet sententiā**

Vir constans certa habet consilia.

**Graue ē malū om̄e, qđ sub aspectu latet**

## PVBLIANI

Malū illud ē immedicabile, qđ p̄textu bonæ rei personatū est. Nam hic aspectū uocat personam.

**Graui<sup>9</sup> nocet, qđcūq; inexpertū accidit**  
Noua mala grauius dolent.

**Grauior inimicus, q̄ latet sub pectore.**

Affectus uitiosus maxime nocet homini, at is latet sub pectore, nec potest excuti.

**Grauiſsimū est imperium cōsuetudinīs**  
Consuetudo plane tyrannidem quandā obtinet in rebus humanis, adeo ut stultissima quoq; si semel inoleuerint, reuelli non possint.

**Graue crimē etiā cū dictū ē leuit, nocet**  
Veluti si quis apud Anglos, uel ioco uocet aliquē proditorē, non caret periculo ob odium criminis.

**Heu quā difficile est gloriæ custodia.**  
Fama honesta facillime contaminatur, & difficilius est eam tueri, q̄ parare.

**Homo extra corpus est suū, cū irascit̄.**

Non est apud se quisquis irascitur. Respondet cū illo superiori; Absenti loquit, q̄ cū irato litigat.

**Heu q̄ est timendus, q̄ mori tutū putat.**  
Qui mortem contemnit, is uehementer est timendus, propterea quod alienæ uitæ dominus est, quisquis suæ contemptor est.

**Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.**

Intelligit enim sibi posse accidere, ut sit opus auxilio, Versus est Trochaicus.

## MIMI

**Est honesta turpitude, p̄ bona cā mori,**  
Gloriosa est infamia, uitam impendere iustitiæ.  
Et hic Trochaicus est.

**Habet in aduersis auxilia, qui in secun-**  
**dīs commodat.**

Et hic Trochaicus est. Qui cum feliciter agit, alijs  
subuenit, huic alijs subueniunt in rebus aduersis.

**Heu quā miserum est ab illo lædi, de**  
**quo non possis queri.**

Et hic Trochaicus est. Durū est lædi uel ab ami-  
co, uel a potente, quod queri de altero non est ho-  
nestum, de altero non est tutum.

**Hoīem experiri multa paupertas iubet**  
Paupertas ingeniosa est, & artium repertrix. Et  
ingenium mala sæpe mouent, iuxta Nasonem.

**Heu dolor, quā miser est, qui in tor-**  
**mento uocem non habet.**

Et hic Trochaicus est. In tormētis uerum exquie-  
ritur. At quidam ita torquentur, ut non ausing  
uerum dicere, sciētes quid uelit taceri, q̄ torquet.

**Heu quā pœnitenda incurrunt homi-**  
**nes uiuendo diu.**

In longa uita multa accidunt quæ nolis. Hic quo-  
que Trochaicus est.

**Habet suum uenenum blanda oratio.**  
Insidiosa est blādiloquētia, et melle litū uenenu.  
**Hō roties mori, quoties amittit suos.**

## PUBLIANI

Orbitas mors quædam est.

Homo semper in sese aliud fert, in alterum aliud cogitat.

Hic est iambicus tetrameter. Nemo non est dissimulatio

Honestus rumor alterum est patrimonium.

Tantumdem fere ualet honesta fama, quantum patrimonium.

Homo nescit, si dolore fortunam inuenit.

Non sentitur dolor, quo paratur aliquid commodi.

Honeste seruit, qui succubit tempori.

Honestum est seruire tibi, & cedere fortunæ ad tempus.

Homo uitæ commodatus, non donatus est.

Vita datur ad tempus, ut qui dedit, exigat suo iure quandocumque uelit.

Hæredem scire, utilius est, quam querere.

Quidam codices habent ferre pro scire. Satius est ferre qualescumque hæredes, quam nullum habere. Si legas scire sensus est, præstat habere liberos quibus tua relinquantur, quam circumspicere alienos, quibus tua relinquantur.

Hæredis fletus sub persona risus est.

Hic quoque usus citatur a Gellio. Fletus hæredis, est risus personatus. id est, dissimulatus, gaudet enim etiam si fleat.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Vulgus male sentit de muliere sæpius nupta.

Inferior horret, quicquid peccat superior

Quod principes peccant, id recidit in malum plebis.

Inimicum ulcisci, uitam accipere est alteram.

Iucundissima res est uindicta, & uelut altera uita.

MIMI

Primum uitam tuetur suam, deinde capit uoluptatem ex ultione.

**Id agas, ne quis tuo te merito oderit.**

Odiū effugere non possumus: ne quis nos merito oderit, id cauere possumus.

**Inuitum cum retineas, exire incitas.**

Qui non cupit manere, hunc quo magis retines, hoc magis cupit abire.

**Ingenuitatem lædis, cū indignū rogas.**

Seruite est supplicem esse homini indigno. Læditur igitur ingenuitas.

**In nullū avarus bonus, in se pessimus.**

Nulli benefacit avarus, se uero etiam discruciat custodia rerum suarum.

**Inopi beneficiū bis dat, qui dat celeriter**

Bis gratum est beneficium, quod statim promptè datur egenti.

**Instructa inopia est, in diuitijs cupiditas**

Cupere cū abūdes inopia quædā ē, nō expedita, sed instructa & onusta, quasi dicas, diues inopia.

**Inuitat culpam qui pctm̄ præterit.**

Qui dissimulat pctm̄, is inuitat ut iterū peccetur.

**Iucundū nihil ē, nisi qđ reficit uarietas.**

Nihil tam dulce quod non pariat satietatem, nisi uarietate condiatur.

**Ingenuitas non recipit contumeliam.**

Gñosi & ingenui animi est, negligere cōtumeliã.

Aut sic, Gñosus animus impatiēs est cōtumeliã.

## PVBLIANI

**Impune peccat in eū, qui peccat rarior.**

Fortē sic legendū est: Impune peccat, cū q̄s peccat charior. Aut, Impune peccat, cū q̄s peccat rarius.

**Ingratus unus, miseris omnibus nocet.**

Vnius hominis ingrātudo facit, ut nec gratis succurratur cum egent.

**In miseri uita nulla contumelia est.**

Hoc carmen uarie reperi deprauatū, & haud scio an recte diuinarim. Nō uidei cōtumelia, quā factas in hoīem malū & infelicē, nisi sic mauis! In uitā miseri cōtumelia ē dicere, i. cōtumeliæ ḡns ē in sectari uitia hoīs miseri, q̄ magis eget cōsolatiōe.

**Inopiæ praua desunt, auaritiæ omnia.**

Videtur hic uersus deprauatus. Nam in controuersijs Seneca citat huiusmodi Publij carmen:

Luxuriæ desunt multa, auaritiæ oīa. Q̄ q̄ hic q̄ q̄ vsus cōstabit, si legas desunt parua, siue pauca q̄d ego malim. Multa desiderat paup ad uitæ usū, sed auar⁹ magis eget, q̄ nec id habet, q̄d habet.

**Ita amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.**

Et hic citat a Gel. Sic ama tanq̄ osur⁹. Ita cōfidas amico, ut si fiat inimicus, nō multū possit lædere.

**Inuidiā ferre, aut fortis aut felix potest.**

Fortunati negligūt inuidiā, uir fortis cōtemnit.

**In amore mendax semper iracundiā.**

Eadem est sententia, quam ante dixit: Amans iratus multa mentitur sibi.

**Inuidiā tacite, sed minute irascitur.**



## MIMI

**Inuidus** habet iram suam, sed dissimulatam & minutam, hoc est de re nihili.

**Iratum breuiter uites, inimicum diu.**

Ira statim subsidit, odium diuturnum est. Odit autē quisquis est inimicus. Ab hoc igit̄ diu cauendum est, imo semper. Hoc ipsum admonet sapiens Hebræus, ab hoste reconciliato cauendum.

**Iniuriarum remediū est obliuio.**

Vindicta non medetur iniurijs tibi factis, sed obliuio optime.

**Iracundiā q̄ uicit, hostē supat maximū.**

Trochaic⁹ est. Fortissimo est irā suā uincere, hoc Alexander ille Magnus orbis domitor nō potuit

**In malis sperare bonū, nisi innocens ne**

Et hic Trochaic⁹. Bona conscia facit (mo solet. ut in malis speremus superos auxiliaturos.

**In uindicando criminosa est celeritas.**

Quidam habent in iudicando. Ne sis præceps uel ad ultionem, uel ad iudicandum.

**Inimicū q̄ quis humilē docti est metuere.**

Sapientis est, non cōtemnere hostem quantumuis humilem, potest enim per occasionē nocere.

**In calamitoso risus etiam iniuria est.**

Miseri risu etiā offendunt. Et qb⁹ res sunt min⁹ scdæ, ad suspicionē mali rapiunt etiā casu dicta.

**Iudex damnatur, cū nocens absoluitur.**

Cum absoluitur nocens, tunc iudex nō innocens sit oportet.

**Ignoscere humanū, ubi pudet cui igno**

PVBLIANI

scitur.

Non ignoscendum est, nisi poeniteat facti.

In rebus dubijs plurima est audacia.

Forte legendū est plurimū, uel plurimi. Multum  
ualet audacia cū res est dubia, hoc est piculosa.

Illo nocens se damnat, quo peccat die.

Quisq; admittit scelus, ilico sibi damnatus est iu  
dice conscientia, etiā si iudex nemo pronuntiet.

Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Idem dixit antea, Ita amicum habeas.

Iratus etiam facinus consilium putat.

Qui irascit, etiā scelus putat iudicio recteq; fieri.

Improbe Neptunum accusat, qui iterū  
naufragium facit.

Hoc addidi ex Gellio, Qui semel expertus, iterū  
exponit se periculo, impudenter accusat fortu-  
nam. Est autem & hic Trochateus tetrameter.

Loco ignominia est apud indignum

Honor commissus indigno, non ho- (dignitas,  
nestat eum, sed magis dedecorat.

Laus ubi noua oritur, etiā uetus amittit.

Si iterum recte facies, efficies, ut superiori de te  
famæ fidem habeant homines.

Læso doloris remedium inimici dolor.

Suum malum minus sentit qui potest ulcisci.

Leuis est fortuna, cito reposcit, q̄ dedit.

Fortuna inconstans statim repetit & aufert, si  
quid dedit.

**Lex uniuersi ē, quæ iubet nasci & mori.**  
Necessitas nascendi ac moriendi, neminem non complectitur.

**Lucrū sine damno alterius fieri nō pōt.**  
Vnius lucrū damnū ē alteri<sup>9</sup>, at nō itē in reb<sup>9</sup> aī.

**Lasciuiā & laus nunq̄ hñt concordiam.**  
Intemperantia semper obnoxia est infamiæ.

**Legē nocens uerē, fortunam innocēs.**  
Innocens & si non uerē leges, ut nocens, tamē ti met fortunā quæ nonnunq̄ opprimit innocentē.

**Luxuriæ defunt multa, avaritiæ omnia.**  
Hunc ŷsum Seneca citat in controuersijs: Multis eget, p̄fusor, avarus eget oīb, Illi multis ē opus, q̄ multū absūmit, huic nihil ē satis, cū sit īsatiabilis

**Malignos fieri maxime ingrati docent.**  
Ingrati faciunt, ut qui benigni fuerint, contracti us donēt. Hos em̄ malignos uocat, id est parcos.

**Multis minatur qui uni facit iniuriam.**  
Omnes expectāt iniuriam ab eo qui uni fecerit.

**Mora oīs odio est, sed facit sapientiam.**  
Molesta est mora in omni re, tñ ea nos reddit sapientes, ne quid agamus temere aut inconsulto.

**Mala causā ē quæ requirit misericordiā**  
Innocentia non eget misericordia, sed æquū desiderat iudicem. At cum fiducia rei tota est in misericordia iudicis, pessimam habet causam.

**Mori est felicis anteq̄ mortem inuocet.**  
Ille feliciter moritur, qui tum moritur, dum ad-

PVBLIANI

huc iucūda est uita, ac nondū huius tædio mortē  
optat. Quidam pro felicis habent felicius.

Misere est tacere cogi, qđ cupias loqui.

Dure est cū non licet loqui qđ uelis. Nā illic mul-  
to minus licebit facere quæ uelis, si loqui nō licet

Miserrima ē fortuna, quæ inimico caret

Felicitas incitat inimicitias. Ergo cui nullus inui-  
det, is miserrimus sit oportet.

Malus est uocādus, q̄ sua cā est bonus.

Qui bene facit commodi sui causa, is male facit.

Malus ubi bonū se simulat tūc est pessim-

Diffimulata malitia pessima est. (mus.

Metus cū uenit, rax̄ habet somnus locū.

Timor abigit somnum. Aut non est dormitan-  
dum in periculo.

Mori necesse ē, sed nō quoties uolueris.

Aliqñ optāt mortem hoies, cū mori non possint.

Male gerit̄, qcqd gerit̄ fortunæ fide.

Quod a fortuna pendet, id parum est firmum.

Mortuo qui mittit munus, nil dat illi,

adimit sibi.

Olim solebant inferias exhibere mortuis. Hoc  
perit uiuis, et nihil accipit mortuus. Trochaic⁹ ē

Minus est q̄ seruus dñs, q̄ seruos timet.

Infra seruos est, qui seruos suos timet, nempe  
male sibi conscius.

Magis hæres fidus nascitur, q̄ scribitur.

Filius nascitur hæres, hæredipeta scribitur.

**Malo in consilio foeminae uincunt uiros.**

In rebus malis plus sapiunt foeminae, quam uiri.

**Mala est uoluptas alienis assuescere.**

Dulcis est cibus alienus, sed foeda uoluptas est assuescere alienis.

**Magno cum periculo custoditur, quod multis placet.**

Trochaicus est. Difficile est seruare quod expetunt multi, ueluti pecuniam, aut formosam uxorem.

**Mala est medicina, ubi aliquid natura perit.**

Medicina quae laedit naturam dura est, uelut quae membrum aufert.

**Malae naturae nunquam doctrina indigent.**

Ad mala uel citra doctorem sumus idonei, uirtus discitur.

**Miseriam nescire est sine periculo uiuere.**

Qui sine periculo uiuit, is feliciter uiuit. Vita turba quamuis humilis, felicissima est.

**Male uiuunt qui se sepe uicturos putant.**

Semper enim prorogant in crastinum, si quid est uoluptatis, aut bonae rei.

**Maledictum interpretando facies acrius.**

Quidam excusant conuicium interpretatione, atque ita magis irritant.

**Male secum agit aeger, medicum qui haeret.**

Inuitat enim ut occidat. (dem facit.)

**Minus decipit, cui negat celeriter.**

Minus enim diu sperat, & frustratur leuius.

PVBLIANI

**Mutat se bonitas, cum irrites iniuria.**

Boni fiunt mali, si prouoces.

**Mulier cum sola cogitat, male cogitat.**

Mulier apud se cogitabunda, aliquid mali uoluit in animo.

**Malefacere quod uult nusquam non eam inuenit.**

Malis nusquam deest occasio male faciendi.

**Maleuolus semper sua natura uescitur.**

Etiam si deest premium maleficij, tamen maleuolus fruitur sua malitia, & uel gratis malus est.

**Multos timere debet, quem multi timent**

Quem multi timent, hunc pauci amant. Is igitur uicissim timeat oportet a quibus timetur.

**Male impando summum imperium amittit**

Summum imperium est bene imperare, id amittitur male imperando, siue ullum imperium tantum potens, quod non amittitur, si tyrannice imperes.

**Mulier que nubit multis, multis non placet**

Male audiunt uulgo, quae saepius mutant maritum. Aut infelices sunt, aut incontinentes, aut inconstantes, aut morosae.

**Malum consilium est, quod mutari non potest.**

Nuncquam te inuoluas huiusmodi nodo, ut explicari te non possis. Hunc usum adiecimus ex A. Gel.

**Nihil agere semper infelici est optimum.**

Qui infortunatus est in rebus gerendis, huic optimum est in ocio uiuere.

**Nil peccet oculi, si animus oculis impet**

Oculos incusamus, quasi ministrent occasionem

malarum cupiditatum. At animus in culpa est,  
qui oculis non imperat.

**Nil proprium ducas, qđ mutari possit.**

Nihil existimes uere tuum ac perpetuum, quod  
possit auferri.

**Nō cito ruina perit uir, qui ruina timet**

Fortasse sic legendū, ut sit Trochaic⁹. Nō cito perit  
ruina, q̄ ruina prætmet. i. nō facile opprimis in-  
cōmodo, qui præcauet incōmodum, & non faci-  
le opprimitur periculo, qui periculum obseruat.

**Nescis qđ optes, aut qđ fugias, ita ludit**

Iambicus est tetrameter. Ita ludit tem⁹ (dies.  
pus & fortunæ uicissitudo, ut sæpe quæ putaris  
optima, sentias maxime nocere, & econtra. 3

**Nunq̄ periculum sine periculo uincit.**

Et hic citatur a Gellio. Audendum est aliquo pa-  
cto, si cupias effugere periculum. Nam qui timet  
omnia, nunquam sese explicabit.

**Nulla tā bona ē fortuna, de qua nil posse**

Trochaicus est. Felicitati semper (sis queri,  
aliquid adiunctum est incōmodi.

**Nusquam melius morimur homines, q̄**

ubi libenter uiuimus.

Ibi mori optimū, ubi iucūde uiuim⁹. Trochai. ē.

**Negandi causa auaro nusquam deficit.**

Qui nō dat libent⁹, sp̄ aliq̄ inuenit cām cur nō det

**Nimium altercando ueritas amittitur.**

Moderata disceptatiōe ueritas excutit⁹, at immode-  
rata perdit⁹, id qđ prorsus accidit sophisticis q̄bus

PVBLIANI

dā ac rixosis disputatorib. Hic vsus a Gell. citat.

**Quotidie damnatur, qui semper timet.**

Qui sibi cōsci⁹ sp̄ timet suppliciū, is q̄tidie dānat.

**Quotidie est deterior posterior dies.**

Semper ætas uergit in peius, hoc est, mores hominum indies magis ac magis degenerant.

**Ridiculū ē, odio nocētis p̄dere innocen**

Trochaicus ē. Stultū est sic odisse p̄ctm̄, ut (triā. ipse pecces, ueluti si qs ob impudicā uxore, ueneno tollat adulteram, & sic puniat adulterium, ut ipse fiat ueneficus.

**Pars bñficij est, qđ petitur si bene neges.**

Quidā ita moleste dāt, ut grām amittant bñficij.

Quidā adeo commode negāt, ut uideant dedisse.

**Stultum est timere qđ uitari nō potest.**

Veluti mortem, aut aliud fatale incommodum.

**Timidus uocat se cautū, parcū sordidus**

Suis quisq; uitijs blanditur, eaq; extenuat mutatis nominibus.

**Veterem ferēdo iniuriam inuitas nouā.**

Et hic refertur ab Aulo Gellio. Si sinas impunitū peccatum, facis ut iterū libeat peccare.

**Tā deest auaro qđ habet q̄ qđ nō habet.**

Hūc senariū citat Senec. in cōtrouers. Auarus nō magis utit̄ suis, q̄ alienis, utrisq; igit̄ ex æq; caret.

**O uita misero longa, felici breuis.**

Et hunc refert Seneca: Infelices laborant uitæ tædio. Felicibus mors ante diem uidetur accidere, quod uitæ tædium non sentiant.

Finis.

G iij



Erasmus Roterodamus lectori S. D.  
Fac memineris lector quæ hæc hacten<sup>9</sup> legisti, Ethni-  
corum esse decreta, ut scias cū iudicio esse legēda.  
Quæ nūc leges, ipsius Christi, & sanctæ ecclesiæ  
sunt oracula, quæ tuto sequi possis, imo quæ so-  
la beatum possint efficere. Proinde sic lege, ut rē  
seriam, ac uale.

CHRISTIANI HOMINIS INSTI-  
tutum per Erasmum Roterodamum.

Ad Gal. v. Valet in Christo fides, quæ per dile-  
ctionem operatur.

F I D E S.

Credo primus articulus.

Confiteor primum ore pio, uenerorq; fideli  
Mente deum patrem, uel nutu cuncta potētem.  
Hunc, qui stelligeri spatiosa uolumina cæli,  
Et solidum omniparæ telluris condidit orbem.

Et in Iesum. ij.

Eius item gnatum Iesum cognomine Christum,  
Quem dñm nobis agnoscimus & ueneramur.

Qui conceptus. iij.

Hunc Maria afflatu diuini numinis, aluo  
Concepit uirgo, peperit purissima uirgo,

Passus sub Pontio. iij.

Et graue supplicium immeritus damnante Pilato  
Pertulit, infami suffixus in arbore, mortem  
Oppetiit, tumulat<sup>9</sup> humo ē, claususq; sepulchro.  
Interea penetrat populator ad infera regna.

Tertia die .v.

Mox ubi tertia lux mæsto se prompserat orbi,  
Emersit tumulo, superas rediuiuus in auras.

INSTITVTVM

Ascendit .vi.

Inde palam ætheream scādit sublimis in arcem.  
Illic, iam dexter patri assidet omnipotenti,

Iterum uenturus .vñ.

Idem olim rediturus, ut omnem iudicet orbem.  
Et uiuos pariter, uitaq; & lumine cassos.

Credo in spm̄ .viñ.

Te quoq; credo fide simili spirabile numen.  
Halitus afflatusq; dei sacer, omnia lustrans.

Sanctam ecclesiam ix.

Et te confiteor sanctissima concio, qua gens  
Christigena arcano nexu coit omnis in unum  
Corpus, & unanimis capiti sociatur Iesu.  
Hinc propriū nescit, sed habet cōmunia cuncta.

Remissionē pctōrum .x.

Hoc equidem in cœtu sancto, peccata remittit  
Credo, uel ijs sacro fuerint qui fonte renati,  
Vel qui diluerint ultro sua crimina fletu.

Carnis resurrectionē .xi.

Nec dubito quin exanimata cadauera rursus  
In uitam redeant, animas sortita priores.

Vitam æternam .xij.

Vtraq; pars nostri, corpusq; animusq; deinceps  
Iuncta simul, uitam ducēt sine fine perennem.

SEPTEM SACRAMENTA.

Hoc quoq; persuasum est, ecclesia mystica septē  
Munera dispensat, quæ sacramenta uocantur  
Hinc uariæ dotes, & gratia plurima menti  
Cælitus inseritur, si quis modo sumserit apte.

# CHRISTIANI HOMINIS

## Ordo primus.

Ordine namq; sacro, cōfertur sacra potestas.  
Vt fungare ministerijs, Christo auspice, sanctis,

## Matrimonium .ij.

Munere coniugij nati hunc prodimus in orbem.  
Vsq; adeo pulchri, pulcherrima portio, mundi.

## Baptismus .iij.

Munere baptismi longe felicius ijdem,  
Q; prius in te Chre renascimur, atq; nouamur.

## Confirmatio .iiii.

Deinde in amore dei nos cōfirmatio sacra  
Constabit, mentemq; inuictō robore durat.

## Eucharistia .v.

Mysticus ille cibus (Græci dixerē synaxin)  
Qui panis uiniq; palam sub imagine, Christum  
Ipsū præsentem uere exhibet, intima nostri  
Viscera, cælesti saginat & educat esca,  
Inq; deo reddit uegetos, & reddit adultos.

## Pœnitentia .vi.

Si quem forte deo capitalis reddidit hostem  
Noxia, continuo metanœa medebitur illi.  
Restituet lapsū, rescissaq; fœdera rursū  
Sarciet, offensi placabit numinis iram,  
Cōmissi modo pœniteat, pigeatq; nocētem,  
Isq; uolēs peragat præscripta piamina culpæ.

## Vnctio .vij.

Vnguinis extremi munus nos munit, & armat,  
Migrātemq; animam per summa pericula, tuto  
Transmittit patriæ, & superis cōmendat eūtem.

## INSTITVTVM

### Amor dei.

Hæc est indubitata fides, cui pectore certo  
Nixus, amabo patrem super oïa cunctipotentē.  
Qui me cōdideritq; & in hunc produxerit orbē.  
Rursus amore pari dominum cōplectar Iesum,  
Qui nos afferuit, pretioq; redemit amicos.  
Spiritus item sanctū, qui me sine fine benigno  
Afflatu fouet, atq; animi penetralia ditans,  
Dotibus arcanis, uitali recreat aura.  
Atq; hic ternio sanctus, & omni laude ferendus  
Toto ex corde mihi, tota de mente, supremis  
Viribus, obsequio, meritoque colerur honore.  
Hunc unum reuerebor, & hoc semel oīs in uno  
Spes mea figetur, hoc omnia metiar uno.  
Hic propter sese mihi semper amabitur unus.

### Amor sui.

Post hunc haud alia ratione, ac nomine charus  
Ipse mihi fuero, nisi quatenus oīs in illum  
Ille mei referatur amor, fontemq; reuisat.

### Fuga peccati.

Culpam præterea fugiam pro uiribus omnem;  
Præcipue capitale tamen uitauero crimen,  
Quod necat atq; animam letali uulnerat ictu.

### Superbia Inuidia Ira.

Ne fastu tumeam, ne uel liuore maligno  
Torquear, aut bili rapiar seruēte cauebo.

### Gula Luxuria Pigritia.

Ne uel spurca libido, uel insatiabilis aluus  
Imperet enitar, ne turpis inertia uincat.

### Auaritia,

## CHRISTIANI HOMINIS

Ne nunquã saturanda fames me uexet habendi,  
Plus fatis ut cupiam fallacis munera mûdi.

### Fuga malorum hominum.

Improba pestiferi fugiam commercia coetus  
Omnia, summo animi conatu, proq; uirili.

### Studium pietatis.

Atq; huc incumbã neruis, ac pectore toto,  
Ut magis atq; magis superet mea gratia uirtus,  
Augescatq; piæ diuina scientia menti.

### Deprecatio.

Orabo, superosq; precum libamine puro  
Placare adnitar, cû tempore sedulus omni,  
Tum uero eximie, quoties lux festa recurret,

### Frugalitas uictus.

Frugales epulæ semper, mensæq; placebit  
Sobria mundities, & auari nescia luxus,

### Ieiunium.

Seruabo reuerens, quoties ieiunia nobis  
Indicit certis ecclesia sancta diebus.

### Mentis custodia.

Sancta uti sint mihi secretæ penetralia mentis,  
Ne quid eo subeat foedumve, nocensve studebo.

### Linguae custodia.

Ne temere iuret, ne unquam mendacia promat,  
Turpia ne dictu dicat mea lingua cauebo.

### Manus custodia.

A furto cohibebo manus, nec ad ulla minuta,  
Viscatis mittam digitos, & si quid ademptum  
Cuiquam erit, id dño properabo reddere iusto.

## INSTITVTVM

### Restitutio rei forte repertæ.

Id quoq; restituã, si quid mihi forte repertũ est,  
Me penes haud patiar prudens aliena morari.

### Amor proximi.

Nec secus atq; mihi sum charus, amabitur om̃is  
Proximus: est aut̃ (ni fallor) proximus ille,  
Quisquis homo est, ac sic amor referatur amici  
In Christum, uitamq; piã, ueramq; salutem.  
Huic igitur fuerit quoties opus, atq; necesse,  
Sedulus officio corpusq; añimumq; iuuabo,  
Vt mihi succurri cupiam, si forsã egerem.  
Id tamen in primis præstabo utriq; parenti,  
Per quos corporeo hoc nasci mihi contigit orbẽ,  
Tum præceptorì, qui me erudit, instituitq;  
Morigerus fuero, ac merito reuertebor honore.  
At rursus dulciq; scholæ studiisq; sodales,  
Semper (uti par est) sincero amplectar amore.

### Affidua confessio.

Si quando crimen fuero prolapsus in ullum,  
Protinus enitar, pura ut confessio lapsum  
Erigar, ac iusta tergetur noxia pœna.

### Sumptio corporis Chri in uita.

Est ubi sacratì me ad corporis atq; crudoris  
Cælestes epulas, pietasq; diesq; uocabit,  
Illotis manibus metuens accedere, pectus  
Ante meum, quanta cura studioq; licebit,  
Purgabo maculis, uirtutum ornabo nitelis.

### Morbus.

Porro ubi fatalis iam terminus ingruet æui,  
Extremumq; diem cū morbus adesse monebit,

## RODOLPHI AGRICO.

Maturæ sacramentis me armare studebo.  
Atq; his munerib. quæ ecclesia sancta ministrat  
Christigenis, reteget confessio crimina uitæ  
Sacrificio, sumam Christi uenerabile corpus.

Mors.

Quod si uicinæ propius discrimina mortis  
Urgebunt, supplex accersam qui mihi rite  
Oblinat, ac signet sacro ceromate corpus.  
Atq; his præsidijs armatus, sicuti dignū est  
Christicola, forti ac fidenti pectore, uita  
Decedam, bonitate dei super omnia fretus.

Hoc fac & uiues.

## ERASMVS LECTORI.

**H**unc libellum denuo contulimus cū Græcis. Deprehendimus unam abesse sententiam, sed quæ nobis esset suspecta, tanq; notha. Adiecit tamē addita nota, ne quis existimaret casu omissem, cū in uulgatis exemplaribus habeatur. Rursum alibi Rodolphus  $\text{ϥυχης}$  legisse uidetur, ubi Græci codices excusi  $\text{τυχης}$  habent.

RODOLPHVS AGRICOLA IOHANNI Agricolæ suo fratri S. D.



**N**ihil habeo mi frater, quæ uel ego aptius tibi pro nostra necessitudine (ur qui frater sim tuus) afferre possim, uel tu poti⁹ pro tua ætate (ut qui prima iuuetæ spatia ingrederis) ex me expectare debeas, q̄ ut undecunque

## EPISTOLA NVNCVPATORIA

possim, ea tradam tibi, quibus & eruditione or-  
 natior, & uita melior euadas. Idque dignum stu-  
 dijs meis, dignū amore nostro arbitror munus,  
 ea parare tibi, quorum usus non tempore interci-  
 dat, nō casibus obnoxius sit. Sed quemadmodū  
 natura ppetuo nos deuinxit pignore, ita illa quæ  
 quæ a me accipis, solida perinde sint, perpetuoq;  
 tibi adiumento futura. Quod si pulchre apud Po-  
 eram ille monuisse filium uideretur, qui inquit:  
 Disce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem,  
 Fortunam ex alijs. Et ille quidem, cuius omnis  
 conatus pendeat ex fortuna, omnis ad fortunā  
 labor dirigebatur, non immerito uirtutis ego tibi  
 hortamenta colligam, qui uitam hactenus eis  
 impendi studijs, quæ uera, certissimæq; ad uirtu-  
 tē ducūt uia, quæq; in rebus humanis qd expetē-  
 dū sit, qd fugiendū, qd recte secus uesiat, ueluti in  
 speculo conspiciendū nobis, cōsiderandūq; pro-  
 ponunt. Cum sint autē permulta quæ ad uitæ per-  
 tineant institutionem, græcis latinisq; literis con-  
 scripta, egregia in primis & admirabilis Isocra-  
 tis ad Demonicū Parænesis mihi uideretur. Ea enī  
 suauitas est dicendi, is ornatus, & (ut ita dicam)  
 sculptura orationis, tanta præterea maiestas, uti-  
 litas, decor præceptorum, ut si, quemadmodum  
 pugiles meditados quosdam nodos nexusq; ha-  
 bēt, qb<sup>9</sup> in certamina subito, uel nō cogitantes  
 etiam utantur. Ita nos quoq; oporteat, certa quæ-  
 dam & ad manum posita uitæ habere præcepta,  
 quæ oēs nostras, uelut ad filum dirigāt actiones,  
 quorumq; tenax infixæ mētib; nostris memo-  
 ria, recti nos limitem egredi ubiq; uetet, hic libe-



## EPISTOLA NVNCVPATORIA

Ius aptus, uel maxime ad hanc rem atq; accommo-  
datus mihi uidetur. Eum itaq; in latinum sermo-  
nem e Græco cōuertī, rem scrupulosam conatus,  
ut numeros q̄q; quorū ille fuit obseruatissimus,  
& s̄chemata, uel (ut nos dicimus) exornationes,  
orationis, quoad possem imitarer. Per similiter  
enim cadentia & desinentia, & æquata & cōtra-  
posita, & reliquos id genus ornatus, uoluiſ ora-  
tio. Quorum ut studiosus, præcipue Gorgias Le-  
ontinus præceptor ip̄ius aliq; ætatis illius sophi-  
stæ fuerunt, ita diligentior ipse, ut secuta ipsum,  
non affectata uideretur. Hunc ego legendum ti-  
bi etiam atq; etiã, et ad uerbum quoq; ediscendū  
censeo, semperq; uelut ante oculos, tanquã regu-  
lam quandã, uitæq; præscriptum habedum. Ita  
fiet, ut non solum instruat os tuum, uerum ani-  
mum quoq; emendet. Quemadmodum enim ad  
doctrinam præcipuum est intelligere quæ legas,  
ita ad uirtutē maximum facere, quæ intelligas.

## ISOCRATIS AD DEMONICVM

Parænesis, per eruditissimum uirū

Rodolphum Agricolam e Græ-

co in latinum sermonem

traducta.

PARAENESIS.



**N** multis Demonice reb<sup>9</sup> multū ita  
 uenimus distantes bonorū mentes,  
 atq; malorum cogitationes, multo  
 uero maximum acceperere discrimē  
 circa mutuam consuetudinem ui-  
 ta. Hi enim praesentes solum ami-  
 cos uenerantur. Alij eos quoq; qui longe absunt  
 beneuolentia prosequuntur. Ac malorum quidē  
 amicitias, tempus exiguum dissoluit, ac bonorū  
 ne omnis quidem aui tractus extinguit. Cū pu-  
 tem igitur eos qui gloriam expetunt, quicq; suos  
 eruditioni conatus destinant, bonos & nequaq;  
 malos decere sectari, hanc orationē dono tibi mi-  
 si, indicium erga te beneuolētia, signumq; cum  
 Hipponico familiaritatis. Decet em̄ liberos quē-  
 admodū facultatū, ita amicitiaē quoq; paternae  
 hāreditatem suscipere. Video autem & occasio-  
 nem nobis conuenientem, & praesentis nos op-  
 portunitatem temporis adiuuantem. Tu enim  
 erudiri cupis, ego erudire alios adnitor. Tu sapi-  
 entiaē studio adhuc teneris, ego deditos illi recta  
 uia deduco. Quicūq; autē adhortatorias ad ami-  
 cos suos orationes cōscribunt, pulchrum illi qui-  
 dem opus assumunt, nō tamen circa id quod est  
 in philosophia praestantissimum, laborant. Qui  
 uero adolescentibus praemonstrant, non ea qui-  
 bus uehementiam in dicendo consequantur, sed  
 quo pacto uita moribusq; industrij fiant, tanto  
 magis q̄ illi audientibus profunt, quātum inter-  
 est, quod illi ad sola ipsos uerba cōfirmant, hi ue-  
 ro ipsorum quoq; facta emendāt. Quamobrem  
 nos non exhortationem tibi parantes, sed institui

H

## ISOCRATIS AD

tionem tibi scribentes, pergemus nostri te consi-  
 lij participem facere, quas res oporteat adolescen-  
 tes desiderare, & quæ rursus opera uitare, quali-  
 bus item hominibus se coniungere, & quomodo  
 suam ipsorum uitam instituere. Quicumq; enim  
 uitæ cursum hoc itinere fecerunt, hi soli ad ipsam  
 uirtutem ingenue adire potuerunt. Qua notæ res  
 honestior, non constantior est ulla. Pulchritudo  
 enim uel ualeudine perit, uel tempore flaccescit.  
 Diuitiæ uitiorum sunt potius, q̄ integritatis mis-  
 nistræ, facultatem nempe desidiæ præbentes, &  
 ad uoluptatem iuuenes excitantes. Robur prudē-  
 tiæ coniūctum profuit, sine illa uero sapius eum  
 qui id habet offendit, & corpora quidem eorum  
 qui se exercent, adornat, industriam uero mentis  
 obscurat. Virtutis autem possessio quorum bo-  
 na fide mentibus ipsa coaluerit, sola consenescit,  
 diuitijs potior, utiliorq; generis splendore, quæq;  
 fieri nequeunt ab alijs illa suis uiribus subdens,  
 & multitudīni metuenda, constanter expectans.  
 Desidiam dedecus, laborem, laudem arbitratur.  
 Hoc cognitu perfacile est, ex gloria certaminum  
 Herculis, operumq; a Theseo gestorum. Quibus  
 morum præstantia tantum laudis insigne, ope-  
 ribus adiecit, ut omnis temporum posteritas res  
 bus, quas gesserunt offundere nequierint obliui-  
 onem. Sed & tu quoq; memor patris tui uiuen-  
 di sectæ, nonne habebis pulchrum ac domesticū  
 eorum, quæ a me tibi dicentur, exemplum? Neq;  
 enim parui uirtutem faciens, neq; socordiæ dedis-  
 tus egit ætatem, sed corpus laboribus exercebat,  
 animo pericula subibat, neq; extra modum diuisi-

## DEMONICVM PARÆNESIS.

etas expetebat, sed præsentibus quidem frueba-  
 tur bonis, ueluti mortalis, gerebatq; curam fu-  
 turorum, uelut immortalis. Neque uero contem-  
 pre uitam instituerat, sed elegans erat & magni-  
 ficus, simulq; expositus amicis. Impensius lauda-  
 bar officio ipsum prosequentes, q̄ generis sibi ne-  
 cessitudine deuinctos. Persuadebat enim multo  
 ad amicitiam efficaciorē esse naturam lege, mo-  
 res genere, electionē necessitate. Tempus in præ-  
 sentia nos deficeret, si omnes illius actiones enu-  
 merare pergamus, exacteque de illis nobis alio  
 erit loco diiudicandum. Nunc signum quoddam  
 Hipponici sustulimus naturæ, ad quem uelut ex-  
 emplar uitam formes oportet, legemq; tibi mo-  
 res illius putes, & imitatore[m] te æmulumq; uir-  
 tutis paternæ præbeas. Turpe nanque fuerit pi-  
 ctorem pulcherrima quæq; exprimere animanti-  
 um, & liberos non imitari industriam parentū.  
 Existimes autem nullum ita pugilem contra ad-  
 uersarios suos decere meditari sicut te considera-  
 re, quo pacto cum patris tui ratione uiuendi de-  
 cernes: fieri autem non potest, ut animum quis-  
 quam taliter formet, nisi multis ante honestisq;  
 præceptis fuerit expletus. Corpora nanq; mode-  
 ratis laboribus, animus uero actionibus hone-  
 stis roboratur. Experiar igitur breuiter ea tibi  
 exhibere, quibus obseruandis in uita plurimum  
 mihi uidearis uirtutibus additurus, & gloriam  
 cunctos apud homines consequuturus.

H 4

ISOCRATIS AD

**P** R I M V M Q V I D E M P I E D I  
 uina colas, non solum sacrificās, uerum  
 etiam quod iuraris præstās. Illud enim  
 affluentix opum est signum, hoc mori  
 probitatis indicium.

Numen uenerare semper quidem, præsertim quæ  
 ciuitas, sic enim simul uideberis sacra deo face-  
 re, legibusq; obtemperare.

Talem te exhibeas erga parentes, quales exhibe-  
 re se tibi uoles ex te progenitos.

Firma exercitationibus te corporis, non ijs quæ  
 robori, sed quæ sanitati conducunt. Id assequa-  
 ris si desinas laborare, tolerādo adhuc labori sus-  
 ficiens. Neq; in risum procliuius esse uelis, neq; in  
 uerba confidens, illud enim stulti est, istud furen-  
 tis. Quæ factu turpia sunt, ne dictu quidem pu-  
 tes honesta.

Fac assuescas non tristis esse, sed cogitabundus.  
 Propter illud enim ferox, propter hoc prouidus  
 esse crederis.

Putes in primis decere te modestiam, pudorem,  
 iustitiam, temperantiam. Istis enim omnibus cō-  
 tineri probitas adolescentium uidetur.

Neq; latiturum te, si turpe quippiam feceris, spe-  
 res, ut enim alios celes, te ipsum tamen conscium  
 habebis.

Deum time, parentes honora, amicos reuerere,  
 legibus obedi, uoluptates sectare gloriæ iūctas,  
 oblectatione enim cum honestate nihil est meli-  
 us, sine illa uero nihil est peius.

Obtrectationes deuites, tæcti fuerint falsæ, uul-  
 gus enim ueritatem ignorat, opinionemq; poti-

## DEMONICVM PARÆNESIS,

us spectat.

Sic facito cuncta, uelut neminem celaturus, tam etsi enim parumper occultes, postea tamen detegeris.

Plurimum tibi opinionis adiunges, si appareat ea te non facere, quæ si fuerint ab alijs facta reprehendas.

Si cupide didiceris, multa quoq; disces. Quorum habes doctrinam, ea meditationum custodias curis, at quæ nescis, ea perceptis adiunge doctrinis.

Aequè nanq; turpe est eum qui utilem audit orationem non addiscere, & cui datur ab amicis munus aliquod, non recipere.

Vitæ otium studio percipiendæ eruditionis impende, sic enim difficulter ab alijs inuenta, facile tibi percipere continget.

Putam multitudinem præceptionum multis opibus esse potiorē, istæ enim celeriter dilabuntur, illæ in omne permanent tempus. Sola enim rerum omnium immortalis est sapientia.

Ne pigeat longum facere iter ad eos, qui conducibile se aliquid docere profitentur. Turpe nanq; fuerit mercatores tanta transire maria, quo cumulationes suas opes efficiant, adolescentes uero ne terra quidem sustinere proficisci aliquo, quatenus meliorem suam faciant mentem.

Moribus fac ut sis comis, ubi aut affabilis: Est aut comitatis benigne obuios appellare: affabilitatis, familiariter cum ipsis uerba comunicare.

Benignum te præbeas cunctis, optimis autē utaris. Sic & illis inimicus non eris, & istis amicus fies.

ISOCRATIS AD

Necq̄ crebro conuenias eosdem, neque diu cū eis  
agas de eisdem. Satietas enim est omnium.

Exerce spōtaneis teipsum laboribus, ut adactos  
quoque perferre queas.

A quibus turpe est animum uinci, eorum omni-  
um temperantiam exerce, lucri, iræ, uoluptatis,  
doloris. Id autem continget, si lucrum putaueris  
id, quo gloriam augeas non quo diuitijs addas.

In ira si talis sis aduersus peccantes, quales delin-  
quēti tibi esse alios uelles, in iucundis, si turpe pu-  
taueris, seruis te tuis imperare, uoluptatibus ue-  
ro seruire, in aduersis, si alienas respicias calami-  
tates, tibi que quod homo sis in memoriam sub-  
inde deducas.

Verborum magis q̄ pecuniarum deposita tue-  
re, decet nanque uiros iureiurando se fideliores  
præstare. Consentaneum puto perinde malis nō  
credere, quemadmodum fidem bonis habere.

Quæ nolis efferi, nemini dixeris, nisi tãrundem  
expediat ea taceri, & tibi dicenti, & illis qui audi-  
erunt.

Iusiurādum adactum, propter duas accipito cau-  
sas, uel ut teipsum turpi crimine exoluas, uel ut  
amicos tuos in magnis periculis serues. Pecuni-  
arum autem gratia nullum numen iuraueris.  
Videberis enim alijs peierare, alijs pecuniarū cu-  
pidus esse.

Nullum fac amicum, nisi exploraueris ante, quo  
pacto prioribus sit usus amicis. Spera nanq̄ ip̄m  
erga te futurum talem, qualis & erga illos fuit.  
Tarde fias amicus, factus autem, da operam ut

DEMONICVM PARÆNESIS.

permaneas. Tantundem enim dedecoris est, & nullum amicum habere, & crebros subinde amicos mutare.

Neque cum damno amicos probes, nec in expertus ipsorum esse uelis. Hoc autem facies, si & cū nullius indigeas, te similes indigere, & illa quæ uulgari nihil referat, uelut occultāda concredas: deceptus enim opinione, nihil offendes, non deceptus, mores illorum rebus fictis nosces. Amicos proba, & ex uitæ aduersitate, & ex periculorum societate. Aurum enim igne perspicimus, amicos uero inter aduersa cognoscimus.

Amicis hoc pacto uteris commodissime, si nō ut ab eis rogeris, expectes, sed pollicēs ultro ipsis in tempore succurras.

Aequè putes turpe, & ab inimicis superari iniurijs, & ab amicis superari bñficijs. In familiaritate proba non solum malis tuis indolentes, uerū, etiam bonis non inuidentes, multos enim qui cū infelicibus mœrent, prosperitatis illorum inuidia torquet.

Absentium amicorum fac memineris apud præsentes, ut rationem etiam istorum quoq; absentium habere uidearis.

Circa uestitum elegans, non splendidus esse uelis. Est autē elegantis quidem magnificum, splendidi uero esse profusum. Ama rerum non immensam possessionem, sed moderatam perfruitionē. Contemne diuitiarum studio occupatos, arque ijs quæ habent, uti nescientes. Simile nanque conringit illis quod equum possidenti bonū, & equitari nescienti,



## ISOCRATIS AD

Admittere diuitias tibi, pecunias scilicet, atq; possessiones apparare. Sunt autem pecuniæ illorum qui recte ipsis frui sciunt: possessiones, qui ipsis uti queunt.

Dilige quas habes facultates duas ob causas, ut & magnum aliquod damnum resarcire, & amicis probis laborantibus possis opem ferre, ad reliquum uitæ usum non plus æquo, sed moderate ista concupisce.

Amplectere quidē præsentia, quærascq; meliora. Nulli calamitatem exprobraris, communis enim est fortuna, & futurum incertum.

Bonis benefac, honestus enim thesaurus est gratia, quæ a bono uiro debetur. Si malis beneficias, simile tibi continget, quod qui alienos canes pascant, illi enim danti, sicut temere accurrenti, allatrant, mali quoq; eos qui prosunt, sicut qui nocent, similiter offendunt.

Adulantes auersare perinde atq; fallentes, utriq; enim cum eis fides habetur, iniuria afficiunt eos qui sibi crediderunt. Si amplexus fueris amicos, qui ad pessima gratificantur, nō habebis unquam qui tibi ad ea quæ sunt optima sequendum obstant.

Comem te præbeas eis, quibus cum cōuersaris, & non insolentem. Superborum enim fastum uix serui quoq; perferent, at morum comitatem cuncti benigniter acceptant. Eris autem comis, si neque iurgator sis, neq; implacidus, neq; cum omnibus contendas, neque iræ eorū, cum quibus agis, celeriter occurras, neq; si iniuste quidem fuerint irati, sed efferuescentibus concedas, deinde ipsos

## DEMONICVM PARAENESIS.

ubi relanguerit ira, reprehendas, neque inter ridicula serijs, neque inter seria ridiculis gaudeas. In tempestiuum enim ubiq; est molestum. Neq; ingrate gratiam in eas, quod multis euenit, qui faciunt quidem, sed ægre tamen amicis inseruiunt. Neq; cupidus fueris uel culpandi, quia graue est, uel castigandi, quia est acerbum. In primis caue tibi a potandi consuetudine: quod si quando tulerit tempus, ante ebrietatem surge: cum fuerit mens uino corrupta, patitur idem quod currus solent, qui suos effuderunt aurigas. Illi namq; nullo ordine (suis destituti rectoribus) seruntur, animus quoq; plurima peccat ratione subuersa. Immortalia sentias, magnitudinem animi præte ferendo, mortalia uero moderate præsentibus perfruendo.

Tanto modestiam meliorem immodestia putes, quantum est quod alia quidem omnia peruerse facta lucro sunt eis, qui illa admittunt, sola autem immodestia damno afficit eam habentes, plerumque enim quos uerbis offenderunt, illis rebus poenas luunt.

Quorum conciliare tibi amicitiam uelis, boni quippiam de eis prædices apud illos, qui sunt renunciaturo.

Principium enim amicitiae laus est, inimicitiae uituperium.

Cum consulis, præterita sumas in exemplum futurorum, latens enim ex eo quod apertum est, expeditissime poteris cognoscere.

Delibera diu, celeriter uero confice quod decreuisti,

## ISOCRATIS AD

Optimum puta contingere nobis a deo prosperitatem, a nobis ipsis prudentiam.

Quibus de rebus libere proloqui te pudet, uiscum cum amicis aliquibus de eis communicare, uerbis uelut de alieno negotio utere. Sic enim & illorum sententiam nosces, teque ipsum haudquaquam manifestum reddes.

Quum super tuis rebus aliquem in consilium tibi assumes, considera primum quo pacto suas ipse res gessit.

Qui enim male administrauit suas, nunquam bene consulat in alienis.

Ita poteris maxime ad consulendum excitari, si calamitates quas affert temeritas spectes. Sanitatis namque tunc praecipue curam habemus, cum ualitudinis aduersae dolorum recordamur.

Regum imitare mores, illorumque uitae rationem sectare. uideberis enim amplecti illos, uel aemulari. Itaque apud multitudinem tibi maiorem contingat laudem assequi, & constantiore regum beneuolentia perfrui.

Obsequere legibus quas reges statuunt, firmissimam tamen legem mores illorum putes. Sicut enim qui rempublicam gubernat, opus habet populum obseruare, ita sub principatu uiuentem, maxime regem decet honorare.

Magistratu praeditus nemine ad obeunda ministeria malo utere. Quae enim ille deliquerit, eorum in te culpa referetur.

Ex publicis administrationibus abeas, non opibus cumulatior, sed gloria honestior. Multis enim opibus praestantior est multitudinis laus.

## DEMONICVM PARÆNESIS:

Nullam rem inhonestam neque dicto, neq; facto iuueris. Videberis enim ipse talia facere, qualia facientes alios tueris. Sic te compara, ut alijs superior esse possis, sis tamen æquo contentus, ut iustitiam uidearis expetere, non propter imbecillitatem, sed propter æquitatem.

Elige iustam potius paupertatem, quam diuitias iniustas. Tanto enim præstãtiore est opibus iustitia, ut illæ solis diuitibus prosint, hæc uero defunctis etiam gloriam præstet, & illæ passim improbis contingãt, hæc malis, prorsus sit inaccessa.

Neminem tibi iunxeris eorum, quibus iniustitia lucro est, sed potius eos, qui propter iustitiam ferunt iacturas. Iusti enim, & si nulla alia re superent iniustos, honesta tamen spe ipsos antecelant.

Omnium curam gere, quæ ad uitam pertinent, maximeq; omnium prouidentiam tui ipsius exerce, maximum enim in minimo est mens bonæ in humano corpore.

Operam da ut sis corpore laborum patiens, animo sapientiæ appetēs, ut illo perficere possis decreta, hoc decernere facienda.

Quicquid dicturus es, prius apud animum tuum expède. Multorum enim cogitatione lingua præcurrit.

Putare rerum humanarum nihil esse firmum, ita nec in prosperis lætitia gesties, nec in aduersis dolore concides.

Duo tibi tẽpora ad dicendum deputa, uel cū sint aliqua, de quibus exploratum habeas, uel de quibus dicere est necesse. In solis enim istis potior

est silentio sermo, in reliquis melius fuerit tacere  
 ¶ loqui.

Gaude cum tibi contigerint bona, moderateq; dole, ubi inciderint mala, neutrius tamen animi in alijs esse uelis manifestus: absurdum enim est reconditas in domibus opes asseruare, & cogitationem in propatulo positam circumferre.

Magis dedecus uites, q̄ periculum. Oportet em̄ malis formidabilem esse finem uitæ, probis uero uitam cum turpitudine coniunctam.

Conare in primis uitam in tuto collocare, quod si tamen contigerit in periculū te deuocari, quære in bello salutem cum honesta opinione, & nō cum pudenda fama. mori nanque cunctis prouidentia decreuit, sed honeste uita decedere, id bonis tantum uiris proprium natura concessit.

**N**EC MIRVM TIBI VIDEatur, si multa quæ dixim⁹ haudquam præsentī tuæ conueniunt ætati. Non enim id me latebat, sed statui eadem opera & præsentis uitæ cōsiliū tibi proferre, & futuri temporis monita relinquere, quæ quanto tibi sint usui futura, facile cognoscas, qui uero tibi cum beneuolentiā consulat, difficulter consequeris. Vt ergo reliqua non ex alio requirās, sed hinc uelut ex arario proferas, decreui nihil eorum prætermittere, quæcunque tibi possem in consiliū asserre. Gratiam autem habeo deo ingentem, si quam de te concepī, non me fallat opinio. Plerosq; enim uidemus, ut cibus iu-

## DEMONICVM PAR AENESIS.

cundissimis potius, quā saluberrimis delectari, ita seducuntibus a uero amicis potius accedere, quā illis, qui ad meliora hortentur. Te uero puto contra instituisse pergere, iudicium mihi tuam circa reliquum uitæ cultum industriam sumens. Qui enim rectissima sibi ipse agere indicit, consentaneum est eum aliorum ad uirtutem exhortantium monita non segniter amplecti. Præcipue excitabit te, ut rerum honestarum amore tenearis, si perspexeris quod ex ijs uoluptates, perquam legitime habemus. In secordia nāque fatiandarumque libidinum studio, continuo sunt labores uoluptatibus adiuncti, enixus uero ad uirtutem conatus, modestaque uitæ institutio synceras semper, certioresque referunt oblectationes. Et illic quidem gauisi primum, postea dolemus, hic post laborem uoluptates capimus. In cunctis autem rebus non ita principij meminimus, quemadmodum exitus sensu mouemur. Plurima enim in uita non propter res ipsas agimus, sed consequentium gratia elaboramus. Cogita autem quod malis conuenit passim quicquid obuium est agere. Hanc enim protinus uitæ sibi regulam præscripserunt. Bonos uero oportet nequaquam uirtutem negligere, uel in multorum incurrere reprehensiones. Cuncti enim non perinde oderunt eos, qui se fallunt, sicut qui probos esse se iactant, nullaque in re uulgo sunt præferendi. Recte quidem. Nam si eos qui solis uerbis fraudem struunt, improbamus, quomodo eos qui tota oberrant uita, non aspernandos putabimus? meritoque credimus istos non solum in seipsos delinquere, sed

PARAENESIS .

& animi sui esse proditores, ipse enim opes illis  
gloriamq; & amicos peperit, illi uero seipfos in-  
dignos hac sua felicitate fecerunt. Quod si oportet  
eum, qui mortalis sit, scrutari coniectura cæle-  
stium mentē, arbitror in familiarissimis suis ma-  
xime ostendisse, quo modo bonis sint malisq; af-  
fecti hominibus. Iupiter enim Herculem & Tan-  
talum genuit, quemadmodum fabulæ tradunt,  
cunctiq; credunt, & illum quidem propter uirtu-  
tem immortalitate donauit, hūc propter impro-  
bitatem grauissimis calamitatib⁹ oppressit. Qui-  
bus utentem exemplis expetere decet honestatē,  
& non modo his quæ nos diximus, sed ex poetis  
pulcherrimum quodq; ediscere, & reliquos eru-  
ditos, si quid dixerunt utile, scrutari. Quem-

admodum em̄ uidemus apem omnibus  
flosculis insidentem, & de unoquo-

que optima carpentem, ita oportet,

qui uitæ disciplinā expe-

tūt, nullius rei rudes eē,

& undiq; quæ sunt

utilia colligere.

Vix em̄ q̄s


hac dili-

gen-

tia naturæ

pōterit errata superare.

F I N I S .





A 1936081

